Turcomannus illam populatur, XXXIII. Damordas triginta equitum millibus eamdem atterit, *ib.* Babylonius Soldanus eam peragrat cædibus, XXXIV. ducenti Armeni octomillia Sarracenorum cædunt XXXV. decreta a pontifice ad Armeniorum preces auxiliaris expeditio, XXXVII. a Joanne confirmantur ad conſtantiam, XL. 1323. V. ab eodem juvantur auro ſubſidiario, IV. monentur, ut refectis vitiis divinam ſibi clientelam concilient, VI. inferior Armenia ad chriſtianam fidem revertitur, VII. a Romana eccleſia fidei formam accipit, *ib.* Guillemus ordinis prædicatorum Soltanienſis archiepiſcopus in eam miſſus, *ib.* Tartarorum imperatoris patrocinio tecta Sarracenorum excurſionibus liberatur, IX. Armeniæ rex mittit oratores ad Joannem XXII. ut expeditio in Terram ſanctam ſuſcipiatur, 1328. LXXXV. poſcit ab eo nepoti Antiochenum principatum confirmari, *ib.* miſſi a Leone rege ad pontificem, & Gallum regem oratores pro impetrandis auxiliis, 1331. XXX. ſuis defendendis arcibus non ſufficiunt Armeni, 1332. XXIV. indictæ pro iis publicæ preces ſupplicæque, 1322. XXXIX. a ſoldano Babylonio oppreſſi Armeni, *Ray. t. vi.* 1335. XXXII. ſollicitatus Francorum rex, ut ipſis ſuccurrat, ſed fruſtra, *ib.* condolet in Benedictum XII. 1336. XL. ſubmiſſus iiſdem ſubſidiarius commeatus, *ib.* fideles ad ferendam ipſis opem propoſitis indulgentiis concitati, XLI. ad iniquas pactiones a Soldano adacti, 1337. XXIV. variis infecta hæreſibus Armenia, 1341. XLV. infeſtata a Sarracenis, *ib.* Benedicti XII. pro iis exciudendis ad Leonem regem literæ, *ib.* & ad patriarcham, XLVI. aliæ ad Guidonem regem, 1344. VII. Armeniorum errores, 1341. XLVIII. *uſque ad* LXX. ut ad eos evellendos ſynodum celebrarint, & decretales pontificum promulgarint, *ib.* a Sarracenis oppreſſi poſcunt auxilia, 1343. XX. miſſi in Armeniam pontificii internuntii ad excindendas errorum reliquias, 1346. LXVII. in celeberrima ſynodo primatum Romanæ eccleſiæ agnoſcunt, LXVIII. decreta pontificum, & decretales admittunt, *ib.* de his pontificiæ ad catholicum literæ, *ib.* Ajacium a Sarracenis eripere nituntur, 1347. XXVIII. miſſi iterum ad eos internuntii apoſtolici ad excindendas errorum reliquias, 1350. XXXVII. Gallos Anglosque orant, ut ferrum in Sarracenos vertant, XXXVIII. Armeniorum catholicon a Clemente ſollicitatus, ut purde fidei confeſſionem edat, 1351. II. propoſitæ illi circa primatum Romani pontificis quæſtiones, *ib.* circa apoſtolorum Thadæi, & Bartholomæi ſcripta, III. circa proceſſionem Spiritus Sancti, *ib.* circa diſtinctionem naturarum in Chriſto, IV. circa originale peccatum, V. circa viſionem divinitatis, VI. circa purgatorium ignem, VIII. circa Baptiſmum, *ib.* circa Matrimonium, IX. circa Eucharistiam, circa Confirmationem, XII. piſces, & oleum diebus jejunii non comedunt, X. Dioſcorus, Eriſcarus, Jacobus, & Raſſus hæreſiarchæ apud Armenos, XIII. articuli fidei apud eos controverſi, ad quos non reſponderat catholicon, XV. promiſſa Romanæ eccleſiæ a patriarchis Armeniis non ſervata, XVII. miſſus ad Conſtantinum regem, & catholicum internuntius ab Innocentio VI. ut ederent in controverſis fidei articulis confeſſionem, 1353. XXV. ad excutiendum Sarracenorum jugum ab Urbano V. ſollicitati, *Ray. t. vii.* 1365. XXI. ut Livonem regem agnoſcant, *ib.* Armenia vaſtata a Mahometanis, 1366. XIII. 1372. XXX. & 1375. IX. Philippus Tarentinus ad opem illi ferendam ſollicitatus, 1372. XXX. a Sarracenis occupata, 1381. XLIX. Leo rex in Gallias ad regem, & antipapam auxilia petiturus profugit, *ib.* ad priſtinum eccleſiarum fœdus reſtaurandum ſollicitati ab Eugenio IV. *Ray. t. ix.* 1434. XVIII. in gremium Romanæ eccleſiæ recepti a pontifice in Florentino concilio, 1439. XII. decretum fidei illis datur, XIII. ſacramenti ab iis pontifici nuncupati formula, XVI. Æthiopum orator teſtatur Armenios & alios Orientales ab Infidelibus ob hæreſim, & ſchiſma fuiſſe conculcatos, 1441. I. a pontifice per literas archiepiſcopum Naxivanenſem ſibi dari expoſcunt, & impetrant, *Ray. t. xiv.* 1542. LVII. 1546. CLVII. cum Romana eccleſia conjunctionem expetunt, 1549. XXXV. cum eadem ſentiunt, *Ray. t. xv.* 1561. I. 1562. XXX. 1564. LII. eorum fides, ac ritus, *ib.*

Armenii epiſcopi in concilium coguntur, *in app. Ray. t. vii.* 261. in eo ſe purgant ab erroribus ſibi impactis, *ib.* quo anno concilium habitum ſit, 262. ad Armenos miſſa legatio a pontifice, 423. quinam illam obierint, *ib.* eorum reſponſiones ad accuſationes Latinorum duplices diſtinguendæ, 527.

Armenorum concilium contra Neſtorianos edentes libros Theodori Mopſueſteni, *Bar. t. vii.* 435. IV.

Armenius & Verianus ſcriptores actorum martyrum, *Bar. t. iii.* 284. VI.

Armenius Priſcillianiſta occiſus a Maximo, *Bar. t. v.* 385 XXIV.

Armenmum civitas Manichæorum, *Bar. t. xiv.* 845. X.

Armentaria pia femina mater Gregorii Turonenſis epiſcopi, *Bar. t. x.* 574. XIX.

Armentarius clericus Gregorii Turonenſis infirmus s. Martini virtute ſanatur, *Bar. t. x.* 566. XXV.

Armentarius epiſc. ſubſcribit diplomati Veremundi regis de reſtitutione bonorum s. Dominici martyris, *Bar. t. xvi.* 975. VII.

Armentius adverſarius s. Britii a Deo corripitur, *Bar. t. vii.* 432. LXXXIX.

Armogaſtis nobile certamen, *Bar. t. viii.* 456. XXII. ejus exitus, & ſepulchrum, XXIV.

Armonius, *vide*, Harmonius.

Armorica minor Britannia appellata, & quo tempore, *Pag. t. v.* 383. VII. quo tempore a Britannis occupata, *Pag. t. viii.* 460. X.

Armorici ſedibus pelluntur a Maximo, *Bar. t. v.* 383. III. eorum regio Britannis data, *ib.* cum Burgundionibus ab Ætio victi, *Bar. t. vii.* 435. XV. eorum causa s. Germanus ad imp. Ravennam proficiſcitur, XVIII. iterum rebellant contra imperatorem, XXI. *vide*, Britanni.

Armoziæ urbs Lusitanorum vectigalis conſtitutus, *Ray. t. xii.* 1515. LVII. in hoc regno Gaſparis Barzei ope Chriſti fides efflorescit, *Ray. t. xiv.* 1549. XLIV. horrenda ſacrificia, quibus ejus incolæ dæmones colebant, *ib.*

Arn epiſcopus Caroli M. interfuit ordinationi teſtamenti, *Bar. t. xiii.* 811. XLVII.

Arnaldus e Cantalupo electus Burdegalenſis, creatus cardinalis a Clemente V. *Ray. t. iv.* 1305. XIV.

Arnaldus a Pelagrua donatus ſacra purpura a Clemente V. *Ray. t. iv.* 1305. XIV. ſacro bello adverſus Venetos ad recuperandam Ferrariam præficitur, 1309. VIII. hoſtes ingenti prælio delet, *ib.* Henricum Italiam ingredientem ſociare juſſus, 1310. XIV. excuſantiſe ab eo labore ſuffectus Thomas tit. s. Sabinæ card. *ib.* & XVII. Robertum regem creatum Æmiliæ præſidem ſacramento fidei pontificio nomine adigit, XVIII. XX. Ferrariam contra conjuratos tuetur, aſſeritque eccleſiæ, XXIX. Florentiam s. Barnabæ reliquias mittit, 1313. LXXVII.

Arnaldus Novelli abbas Fontis frigidi creatus cardinalis a Clemente V. *Ray. t. xv.* 1310. XLVI.

Arnaldus epiſc. Pictavienſis miſſus a Philippo ad pacandas Angliæ diſſenſiones, *Ray. t. xv.* 1312. XXVIII. arcetur ingreſſu a perduellibus, *ib.* creatus a Clemente V. cardinalis Albanenſis, LIV.

Arnaldus tit. s. Priſcæ presbyter card. mittitur a Clem. V. ad placandas Angliæ diſcordias, *Ray. t. xv.* 1312. XXVIII. repellitur a perduellibus, *ib.*

Arnaldus Flenguerius archiep. Arelatenſis creatus card. Sabinenſis, *Ray. t. v.* 1315. XLVI.

Arnaldus e Via creatus card. diaconus s. Euſtachii, *Ray. t. v.* 1316. XX.

Arnaldus, alias Pontius, Apamiarum epiſc. creatus card. a Clem. VI. *Ray. t. vi.* 1350. XLVII.

Arnaldus archiep. Narbonenſis ſedis apoſtolicæ legatione in Galliis fungitur, *Pag. t. xviii.* 1132. XVI.

Arnaldus epiſc. Rotenenſis intereſt conſecrationi baſilicæ Salvatoris Lemovicæ, *Bar. t. xvi.* 1029. VI.

Arnaldus epiſc. Petragoricenſis conſecrationi ejuſdem baſilicæ Salvatoris Lemovicæ præſens eſt, *Bar. t. xvi.* 1029. VI. confirmat excommunicationem in concilio Lemovicino II. contra ſeditioſos prolatam, 1034. XII.

Arnaldus Toloſanus epiſc. confirmat ſtatuta Toloſani concilii, *Bar. t. xvii.* 1056. XV. eadem confirmant alii hujus nominis epiſcopi, Magalonenſis ſcilicet, & Elnenſis, *ib.*

Arnaldus epiſc. Acheruntinus jubetur Rogerium Siciliæ comitem a peccatis abſolvere, ſi eccleſiæ Romanæ obediat, *Bar. t. xvii.* 1076. III. *& ſeq.*

Arnaldus epiſc. Sabinenſis; datæ ad eum de imperiali inſigni conferendo Henrico literæ, *Ray. t. xv.* 1311. XXI.

Arnaldus e s. Michaele in Scotiam miſſus internuntius ad eam pacandam, *Ray. t. v.* 1333. XXIII. mox revocatus, *ib.*

Arnaldus e Verdala miſſus a Benedicto XII. nuntius ad Ludovicum Bavarum in gratiam cum eccleſia reſtituendum, *Ray. t. vi.* 1338. XVI.

Arnaldus, & Calo archidiaconi Pictavienſes accuſant apud ſedem apoſtolicam hæreſeos Gilbertum ſuum epiſcopum, *Bar. t. xix.* 1147. VII. VIII. s. Bernardum contra eundem commovent, *ib.*

Arnaldus abbas de Melros Willelmi Scotiæ regis pro impetranda a Lucio III. p. abſolutione legatus, *Bar. t. xix.* 1182. I.

Arnaldus abbas Tutellenſis pontificius internuntius Veneros a Ferraria invadenda dehortatur, *Ray. t. xv.* 1309. VI.

Arnaldus Garſias comes Leomaniæ frater Clementis V. cinctus militari balteo a Philippo rege Francorum, *Ray. t. xv.* 1305. XIII. præficitur Spoletano ducatui ab eodem pontifice, 1306. IX.

Arnaldus e Servola ſocialium prædonum dux Alſatia propulſatus trucidatur a ſuis, *Ray. t. vii.* 1365. V.

Arnaldus Narbo aſſidet cognitor, & judex de nova hæreſi Albienſium, *Bar. t. xix.* 1176. III.

Arnaldus de Be judex ſubſcribit ſententiæ damnationis contra prædictos Albienſes hæreticos, *Bar. t. xix.* 1176. XIV.

Arnaldus Joannis VIII. ad Adefonſum M. legatus, *Bar. t. xv.* 882. V.

Arnaldus, ſive Arnoldus, vel Arnolphus de Brixia hæreticus Petri Abælardi diſcipulus Romæ ſeditiones commovet, *Bar. t. xviii.* 1139. VIII. Brixienſem eccleſiam admodum perturbat, *ib.* accuſatur in concilio generali Romano ſub Innocentio II. *ib.* impoſito ſibi ſilentio Italiam deſerens Turegum Alemanniæ oppidum petit, *ib.* deſcribitur a Gunthero Ligurino poeta, IX. *& ſeq.* inſinuat ſe Guidoni cardinali ſedis apoſtolicæ legato, 1140. I. exagitatur a s. Bernardo, *ib.* patriarcha politicorum hæreticorum jure nominandus, 1141. III commovet Romanos contra pontifices, 1144. V. XI. XII. in concilio Lateranenſi II. Œcumenico damnatur, *Pag. t. xviii.* 1139. IX. e Gallia, & Germania fugere cogitur, 1140. I. *& ſeq.* eccleſiaſticorum magnus inimicus erat, II. Romanos impellit ad antiquam reipub. formam reſtituendam, 1145. VI. commovet clericos cardinalium titularium contra ipſos cardinales, *Bar. t. xix.* 1148 XXXVIII. rurſum urbem turbat, 1155. I. factiones Romæ excitat, *Pag. t. xix.* 1148. XIII. cum ſuis ab orbe expellitur, *Bar. ib.* II. juſſu Friderici regis Romanorum capitur, & Romam deducitur, IV. a Petro urbis Romæ præfecto ad rogum damnatur, *ib.* combuſtus in Tiberim ſpargitur, *ib.*

Arnaldus: Arnaldiſtæ hæretici Romæ graſſantur, & ſeſe opponunt Lucio II. p. *Bar. t. xviii.* 1144. V. de ſuo conatu ſcribunt ad Conradum regem Romanorum, eumdemque ad occupandam, & inhabitandam urbem invitant, *ib.* & VI. ſpernuntur a Conrado, *ib.* audita Eugenii III. fuga & conſecratione, convertunt ſe ad demolitionem, ac deprædationem domorum cardinalium, 1145. III. eorum crudelitas in clericos, & peregrinos, XI. auxilio Tiburtinorum ab Eugenio ad obedientiam redacantur, XXXIII. rurſus propter rabiem contra Tiburtinos conceptam, exagitant Eugenium, XXXVIII. Romæ graſſantur, *Pag. t. xviii.* 1144. VI. Conradum regem Romam vocant, *ib.* Gerardum s. Pudentianæ cardinalem ad papam euntem graviter vulnerant, *Bar. t. xix.* 1155. II. anathemate damnati, *Ray. t. ii.* 1231. XIV. latæ in eos a ſenatore Romano leges, XVI.

Arnaldus e Villanova plures ſerit errores, *Ray. t. xv.* 1310. XXIX. ejus opera medica inquiri jubet Clemens V. & ad ſe perferri, 1312. LX. ejuſdem damnatæ hæreſes, *Ray. t. v.* 1317. LXII.

Arnaldus Montanerius pſeudominorita damnatur hæreſeos, *Ray. t. vii.* 1373. XIX.

Arneſtus epiſc. Pragenſi data facultas eligendi Boemica corona Carolum principem, *Ray. t. vi.* 1341. XVI. ſolvitur Moguntini archiepiſc. imperio, & auctoritate. XVII. creatus Pragenſis archiep. quibus diebus pallio uti debeat, 1344. LXIV.

Arno archiep. Salisburgenſis, *Bar. t. xiii.* 819. IX. legatus Caroli M. Romam miſſus & quare, 799. VIII. quando fiat epiſc. *Pag. t. xiii.* 785. XI. ei ſubjicitur Hunnia, 796. XVIII. ad eum ſcribit Alcuinus, XIX. non fuit frater germanus Alcuini, *ib.* a Leone III. p. fit archiep. 798. V. ei Hunnorum converſio committitur a Pippino Italiæ rege, 796 XVIII. item a Carolo M. 803. VI. ſynodum Salisburgi celebrat, 807. XI. ſynodo Moguntinæ intereſt, 813. XVI. moritur, *Pag. t. xiii.* 821. XIX.

Arno primus Januenſis ſedis archiep. *Bar. t. xvii.* 1088. XXVI.

Arnobius rhetor quando ſcripſit adverſus gentiles, *Bar. t. iii.* 302. XVII. LXIV. nondum chriſtianus ſcripſit contra eoſdem, *ib.* ſcribendo contra gentiles meruit ſuſcipi inter fideles, *ib.* venia dignus, ſi ſcribens erravit in dogmatibus nondum chriſtianus, LXVII. ejus querelæ de corruptis actis martyrum, 190. XXXIV. quibus conſulibus libros ſuos *adverſus gentes* in lucem emiſerit, *Pag. t. iii.* 302. XIV. *& ſeq.* peculiari urbis epocha uſus eſt, XV.

Arnoldus fit archiep. Mediolanenſis, *Pag. t. xvii.* 1093. VI. ab Urbano II. pallium accipit, *ib.* & *ſeq.* ab uno tantum catholico epiſcopo fuit conſecratus, *ib.*

Arnoldus archiep. Moguntinus jubetur a Paſchali p. II. inquirere cauſam Hermanni adulteri pſeudoepiſcopi Auguſtani, & decidere, *Bar. t. xviii.* 1112. XXIV. vocatum, & non venientem excommunicat una cum adultere, *ib.*

Arnoldus Friderici Romanorum regis cancellarius creatur archiep. Moguntinus, *Bar. t. xix.* 1153. V. perſtringitur de proditione in Henricum archiep. 1165. IX. X. ſubſcribit ſententiæ ſchiſmaticorum pro Octaviano antipapa contra Alexandrum III. p. latæ, 1160. XIX. graviſſima quæque divinitus patitur a Moguntinis, & tandem miſerrime cæditur, XXXII. fit archiep. Moguntinus in locum Henrici depoſiti, *Pag. t. xix.* 1153. I. a Victoris antipapæ partibus ſtat, & occiditur, 1160. VI.

Arnoldus archiep. Colonienſis teſtis eſt concordiæ inter Eugenium III. & Fridericum, novum Romanorum regem, *Bar. t. xix.* 1152. VI. diploma inde confectum recognoſcit, & approbat, *ib.* mittitur cum legatione ad Hadrianum IV. a Friderico rege Romanorum pro impetranda imperiali corona, 1155. V.

Arnoldus archiep. Trevirenſis confirmat juramento pacem inter Fridericum imper. & Willelmum Siciliæ regem initam, *Bar. t. xix.* 1177. LXXIX.

Arnoldus, ſive Arnulphus archiepiſc. Trevirenſis e vivis ereptus, *Ray. t. iii.* 1259. LII. Henricus in dignitate ſuccedit, *ib.*

Arnoldus Laodienſis epiſc. jam defunctus renuntiatus card. ab Urbano VI. *Ray. t. vii.* 1385. III.

Arnoldus abbas Lubecenſis quid de imagine beatæ Virginis in Saidanaida ſcribat, *Bar. t. xv.* 870. LXIII.

Arnoldus Herfeldenſis abbas ſubſcribit privilegio de juribus & bonis Romanæ eccleſiæ, *Bar. t. xvi.* 1014. IX.

Arnoldus abbas Ciſtercii duodecim ſecum alios abbates adducit ad prædicandum in Albigenſes, *Ray. t. i.* 1206. XXVIII. vita eorum apoſtolica, *ib.* fit archiep. Narbonenſis, 1212. X. vetat Petrum regem Arag. intentato anathemate hæreticos defendere, 1213. XXXIII. ſollicitat illum, ut pacem cum Monfortio ineat, LV. ſuperbe repellitur, *ib.* divina in regem ultio, *ib.* inſignis eccleſiæ adverſus Albigenſes pugil fuit; ejus mors, 1225. XXXV. ſuccedit Petrus Amelius, *ib.*

Arnoldus s. Juſtinæ abbas inſignis ſanctitate vir moritur in carceribus Ezelini, *Ray. t. ii.* 1255. XIII. oſtenſa in cœlo ſigna ſub ejus obitu, *ib.* ipſius corpus corruptionis expers, *ib.*

Arnoldus Bajoariæ princeps adverſus Hugonem Italiæ regem contendens ab eodem pellitur, *Bar. t. xv.* 932. I. quænam de ipſo per viſionem viderit s. Udalricus, *ib.* poſt deprædatam a ſe civitatem Auguſtam occiditur, *ib.* fit Bajoariæ dux ab Henrico Aucupe Germaniæ rege, *Pag. t. xv.* 919. V. invadit Italiam, & ea ex fugere cogitur, 928. IV. 932. I. moritur, *Pag. t. xvi.* 937. VI. ejus initium in ducatu Bajoariæ ſtatuitur, *in not. Bar. t. xv.* 601.

Arnoldus a Wachtendonk diploma Caroli Craſſi de donatione eccleſiæ Tungrenſi conceſſa Romam miſit, *Bar. t. xv.* 881. VIII.

Arnoldus Lubecenſis chronographus ab auctore corrigitur, *Bar. t. xix.* 1185. IV.

Arnolphus Walvenſis epiſc. concilio generali Romæ ſub Leone IV. celebrato ſubſcripſit, *Bar. t. xiv.* 853. XLI.

Arnolphus comes Palatinus Arnolphi Bavariæ ducis filius Auguſtam Vindelicorum deprædatur, *Bar. t. xvi.* 953. I. in prælio apud Ratiſbonam perimitur, II.

Arnolves approbat diploma ab Ottone imp. Romanæ eccleſiæ factum, eique ſubſcribit, *Bar. t. xvi.* 962. XI.

Arnonius epiſc. interfuit concilio Rothomagenſi, *Bar. t. xii.* 683. XI.

Arnulphus throni Jeroſolymitani invaſor deponitur in concilio Jeroſolymitano, *Bar. t. xviii.* 1099. XLIII. fit Jaroſolymorum patriarcha a cruceſignatis, *Pag. ib.* XIII. dignitate removetur, *ib.*

Arnulphus s. Sepulcri canonicus incentor malorum inter Balduinum regem Jeroſolymorum, & patriarcham Dabertum, *Bar. t. xviii.* 1100. XXX. 1107. XVI. accuſatur apud Romanum pontificem ab eodem patriarcha, 1104. XIV. ſuccedit Gibelino in patriarchatu, 1112. XXIX. auctor eſt Balduino regi de ſuperinducenda legitimæ primæ uxori alia, 1113. IV. deponitur in concilio Jeroſolymitano a legato ſedis apoſtolicæ, 1115. IX. Romam pergit, & circumvento Paſchali, in eamdem ſedem reſtituitur, *ib.* moritur, 1118. XXII. dicitur Jeroſolymorum patriarcha, *Pag. t. xviii.* 1112. V. auctor eſt nuptiarum Balduini regis cum Adelaide, vivente priore uxore, 1113. IX. in concilio Jeroſolymitano deponitur, 1115. VIII. moritur, 1118. XXIII.

Arnulphus illegitimus Lotharii junioris Francorum regis filius ab Hugone Gallorum rege ob nobilitatem Rhemenſis archiep. creatur, *Bar. t. xvi.* 990. VII. Adalgerii presbyteri proditione, Rhemenſi civitate capta in carcerem conjicitur, 992. VIII. excommunicat Rhemenſis civitatis invaſores, & quare, *ib.* apud Joannem XV. de proditione inſimulatur, 991. I. & *ſeq.* in pſeudoſynodo deponitur, 992. I. quos & quales defenſores habuerit, XIII. quantorum criminum apud Ottonem imp. accuſatus fit, XXXIX. libellum ſynodo qualem ſpontaneæ diſpoſitionis obtulerit, XLI. a Joanne papa reſtituitur, 995. I. XI. item a Gregorio V. papa, a quo & pallio honoratur, 998. VI. filius naturalis Lotharii Francorum regis, *Pag. t. xvi.* 986. I. ab Hugone & Roberto regibus fit Rhemenſis archiep. 988. V. a Roberto rege deficit, & ſtat a partibus Caroli Lotharingiæ ducis, 990. IV. captivum ſe fingit in urbe Laudunenſi, & Rhemenſis urbis prædatores excommunicat, 988. V. cum Carolo arma ſociat, 990. IV. regi Hugoni reconciliatur, & fidem fallit, VI. deponitur a ſynodo Rhemenſi, 992. I. & *ſeq.* ab eo libellus abdicationis extorquetur, *ib.* in ejus cauſa ſynodi Moſomenſis, & Rhemenſis celebrantur, 995. II. & *ſeq.* ante Hugonis regis mortem e cuſtodia liberatus non eſt, III. e cuſtodia liberatur, & ſedi ſuæ reſtituitur, 998. XIII. 999. XI. pallium a Gregorio V. pontifice miſſum recipit, 998. XIII. moritur, 999. XII. 1023. II.

Arnulphus archiep. Turonenſis intereſt dedicationi eccleſiæ s. Aniani Aurelianenſis, *Bar. t. xvi.* 1029. IV.

Arnulphus I. archiep. Mediolanenſis Conſtantinopolim mittitur ad Theophaniæ, & Ottonis junioris matrimonium, *Pag. t. xvi.* 971. V. nunquam legatus venit Conſtantinopolim, *in not. Bar. t. xvi.* 207. hoc Sigonius aſſerens aberrat, & quare, *ib.*

Arnulphus II. archiep. Mediolanenſis Conſtantinopolim legatur, ut petat in uxorem filiam Conſtantini imp. *Pag. t. xvi.* 997. VIII. & *ſeq.* legationem obivit Conſtantinopolim, & quare, *in not. Bar. t. xvi.* 372. quo anno, *ib.* altera eſt ab ea, qua Joannes Placentinus, & Benvardus Viceburgenſis fuere perfuncti, *ib.*

Arnulphus archiep. Mediolanenſis creatur, *Bar. t. xvii.* 1903. IV. conſecratur a Gebchardo Con-

ſtan-

Digitized by Google

ſtantienſi epiſc. conceſſione Urbani papæ, *Bar. t. xviii.* 1095. V.

Arnulphus epiſc. Metenſis claret ſanctitate, *Bar. t. xi.* 614. XI. & *Pag. ib.* XXXIV. 615. X. eum coluit Pipinus, *Bar. t. xi.* 631. VIII. diſtrahit ſacra vaſa in cibos pauperum, 615. XI. mi- niſtrum Clotarii regis, IX. patitur inſidias in curia regis, X. miſſionem petit ab epiſcopatu, XII. petit eremum, 631. XI. abdicat epiſcopatum, *Pag. t. xi.* 631. VIII. triennio ante Clotarii II. regis mortem, IX. moritur, 640. XV. dies mortis ejus, XVI. ejus abdicationis tempus ex duratione ſedis ſucceſſorum ejus deducitur, 654. X. ejuſdem baſilica Ludovici imp. conditorium, *Bar. t. xiv.* 840. X. ejus Metenſe monaſterium ab Adelberone Metenſi epiſcopo Benedictinis datur, ejectis canonicis, *Pag. t. xvi.* 941. IV.

s. Arnulphus epiſc. Sueſſionenſis in locum Urſionis damnati eligitur, *Bar. t. xvii.* 1080. LXXIX. mittitur a Gregorio VII. ad Robertum Flandriæ comitem, ut eumdem inimicis reconciliet, quod & fecit, 1084. XXVII. *& ſeq.* moritur, 1087. XXIV. prædixit ſuam mortem, *ib.* liberat timore præſentes ob concuſſam ſæpius cellam, iiſdemque cauſam concuſſionis, & tremoris cellæ aperit, *ib. & ſeq.* inviſitur a s. Petro, s. Michaele Archangelo, & beatiſſima Dei Genitrice, XXV. prædicit Bertæ Francorum reginæ ejectionem a regno, & qua occaſione, *Bar. t. xviii.* 1094. IX. ejuſdem reliquiarum tranſlatio, *Pag. t. xviii.* 1120. XXIV.

Arnulphus Tullenſis epiſc. ſubſcribit epiſtolæ ſynodali ad Wenilonem Senonem archiep. miſſæ, *Bar. t. xiv.* 859. XXXI. ad ſynodum Aquiſgranenſem convenit, 862. XXIII. ſynodo Metenſi pro regno Lotharii congregatæ intereſt, *Bar. t. xv.* 869. CIII.

Arnulphus Aurelianorum epiſc. majorem eccleſiam flammis abſumptam ſuis impenſis reſtaurare aggreditur, *Bar. t. xv.* 888. XII. in fundamentis novæ baſilicæ ingentem theſaurum divinitus reperit, *ib.*

Arnulphus Aurelianenſis epiſc. contra Romani pontificis auctoritatem perorat, *Bar. t. xvi.* 992. XIV. ineptiæ convincitur, XVII. vitia quorundam Romanorum pontificum narrat, XVIII. horrende blaſphemat, XXII. ab auctore hæreticus, & ſchiſmaticus oſtenditur, *ib.* judex in cauſa Arnulphi conſtituitur, XLI.

Arnulphus Auſæ epiſc. armatus ad prælium proficiſcitur, & trucidatur, *Bar. t. xvi.* 1010. III.

Arnulphus Ripagorſæ epiſc. intereſt concilio Pampilonenſi, *Bar. t. xvi.* 1032. IV.

Arnulphus Rotenſis epiſc. intereſt Accitano concilio, *Bar. t. xvii.* 1060. XIII.

Arnulphus epiſc. Cremonenſis excommunicatur a Gregorio VII. *Bar. t. xvii.* 1078. V.

Arnulphus Lexovienſis epiſc. ſcribit ad Alexandrum III. papam de ſuo pro eo apud regem Anglorum facto officio, *Bar. t. xix.* 1159. LVIII. confitetur Alexandrum verum, & catholicum eſſe pontificem, LX. ſcribit de ſua pro Alexandro diligentia ad cardinales, LXIV. ſuccincte commemorat vitia, & pravos mores triam cardinalium electorum Octaviani antipapæ, LXV. invehitur in cognationem Octaviani, LXVII. cardinales Alexandri III. partem tuentes mirifice laudat, LXIX. item legatos ab eodem in Angliam miſſos, *ib.* eoſdem de quadam conniventia accuſatos excuſat, LXXI. de ſuo erga Alexandrum ſtudio ſcribit ad Joannem card. Neapolitanum, & Willelmum Papienſem, LXXII. docetur per literas ab Alexandro de omnibus in conciliabulo Papienſi contra illum geſtis, 1160. XXXVIII. creatur legatus apoſtolicus per Angliam, XXXVII. ad Galliæ epiſcopos ſcribit de rebus in Papienſi conciliabulo geſtis, XLII. luculenter perorat juſſu Alexandri III. in concilio Turonenſi, 1163. III. prophetice prædicit imperatoris converſionem, XI. epiſcopos hortatur ad conſtanter defendendam eccleſiaſticam libertatem, XII. mittitur ab Henrico II. Anglorum rege ad s. Thomam Cantuarienſem pro ſuſpendenda imminenti excommunicatione, 1167. XXVII. excuſat Henricum Anglorum regem apud Alexandrum papam a nece s. Thomæ Cantuarienſis, 1171. II. pro eodem fungitur legatione apud Ludovicum regem Francorum, 1173. XVII. conſulit Alexandrum III. quid agere debeat cum abbate, & monachis Griſtanenſibus dyſcolis, & peſſimis, 1181. VII. exulat ob odium ejuſdem Henrici, XI. merito perſecutionem patitur regis, qui injuſte s. Thomam perſecutus eſt, *ib.* volens dimittere epiſcopatum diſſuadetur a Petro Bleſenſi, *ib.* ſcribit ad Alexandrum III. pontificem, Henricum Angliæ regem ei favere, *Pag. t. xix.* 1161. II. ad s. Thomam archiep. Cantuarienſem ſcribit pro pace, 1165. IV. *& ſeq.* Lexovienſem epiſcopatum relinquit, 1181. III. ab Henrico Angliæ rege vexatus fuit, IV. ejus mortis annus incertus, III.

Arnulphus epiſc. Caputaquenſis obit legationem in Angliam pro contrahendo inter Willelmum Siciliæ regem, & Joannam Henrici II. Anglorum regis filiam matrimonio, *Bar. t. xix.* 1176. II.

Arnulphus Morinorum archidiaconus timore Roberti Flandriæ comitis profugiens interceſſione Gregorii VII. & s. Arnulphi Sueſſionenſis epiſcopi eidem reconciliatur, *Bar. t. xvii.* 1084. XXVI. *& ſeq.*

Arnulphus archidiaconus Sagienſis ſcribit tractatum de ſchiſmate orto poſt Honorii II. p. mortem, *Pag. t. xviii.* 1130. IV. Innocentii p. electionem, moreſque deſcribit, VII. *& ſeq.* item mores & flagitia Anacleti antipapæ, XIII. *& ſeq.* fit epiſc. Lexovienſis, 1143. V. Cæleſtino II. gratulatur de adepto pontificatu, *ib.*

Arnulphus Calaber canonicus Antiochenus cum Lamberto archidiacono Romam contendit ad accuſandum Radolphum Mamiſtanum intruſum patriarcham, *Bar. t. xviii.* 1136. XXVI. Rogerium Apuliæ ducem contra eumdem concitat, *ib.* Petrum archiep. Lugdunenſem ſedis apoſtolicæ legatum urget, ut Antiochiam deſcendat, XXIX. mortuo legato, rurſus contendit ad urbem, & alium legatum in cauſa patriarchæ a ſede apoſtolica obtinet, *ib.* eumdem graviſſime, & multipliciter accuſat in concilio Antiocheno, XXIII.

Arnulphus preſbyter privilegii Ottonis imp. monaſterio s. Vincentii ad fontes Vulturni dati cognitor, *Bar. t. xvi.* 963. XLI.

Arnulphus ſubdiaconus Mediolanenſis approbat ſui archiep. juramentum de delenda hæreſi ſimoniaca, & Nicolaitarum, *Bar. t. xvii.* 1059. LV.

Arnulphus hiſtoricus Mediolanenſis Arnulphi I. Mediolanenſis epiſcopi pronepos, *Pag. t. xvi.* 997. IX. adverſus s. Arialdum, & cœlibatus defenſores ſcripſit, ſed poſtea errorem emendavit, *Pag. t. xvii.* 1066. IX.

Arnulphus Carlomanni regis filius Carolo Craſſo imperat. in regno, non imperio ſuccedit, *Bar. t. xv.* 888. I. quare rex tantum, & non imperator vocetur, *ib.* Hunnos in Germaniam vocat totius Europæ damno, 889. I. Moraviam ob defectionem principis penitus demolitur, 890. XII. iraſcitur Formoſo papæ ob collatum Widoni Spoletino imperium, 892. II. inſtabilis eſt, nunc uni, nunc alteri ſuccurrendo, XIII. eccleſiam Rhemenſem infeſtat,

infeſtat, 894. II. ſecundo Italiam ingreſſus urbem Romam connivente Formoſo capit, 896. I. ab eodem imperator creatur, ib. per ſurreptionem unctionem obtinuit, ib. injurias Formoſi p. illatas a Romanis ulciſcitur, II. pediculari morbo conſumptus moritur, 899. I. cauſa illius quæ ſit, ib. & ſeq. idem poſtea imp. Carolomanno patre Bajoariæ rege mortuo, Karinthiam obtinet, Pag. t. xv. 880. III. fit Germaniæ rex, 887. VIII. Francorum, & Italiæ reges in amicitiam ſuſcipit, 888. VII. Bohemiæ ducatum dat Zuentibaldo Moraviæ regi, 890. I. a Stephano V. p. in Italiam vocatur, VIII. Normannos profligat, 891. III. filium ſuum in auxilium Berengarii Italiæ regis mittit, 892. I. Zuentibaldum Moraviæ regem vincit, 893. VI. adverſus Widonem imp. movet, VII. Bergamum in Italia capit, 894. I. quo anno Romam petiit, ib. & ſeq. Romam cum exercitu proficiſcitur, a Formoſo p. vocatus, 895. IV. Zuentibaldum filium Lotharingiæ regem dicit V. Romam tendit, 896. I. eandemque capit, II. Auguſtus a Formoſo papa coronatur, III. & ſeq. in Germaniam redit, VI. ejus unctio imperialis in Romano ſynodo ſub Joanne IX. p. abrogatur, 898. VII. moritur, 899. I. ejus epocha in regno Germanico quo tempore figenda, in not. Bar. t. xv. 434. quando regnare Italicum cœperit, 465. quo anno Romam cum Berengario venerit, incertum, 468. ejus obitus quo tempore conſignetur, 497. ſucceſſorem habuit Ludovicum in Germanico regno, ib.

Arnulphus dua Longobard. urbem infeſtat, Bar. t. x. 592. I. pacem jurat, 599. III. parat exercitum ad oppugnandam urbem, Bar. t. xi. 603. XVIII.

Arnulphus dux Gueldriæ ſenior bello appetitur ab Adolpho filio perduelli, Ray. t. x. 1470. LII. Dionyſium Carthuſianum rogat, ut concordiæ interpretem apud Deum agat, ib. reſponſum divinitus Dionyſio, Gueldriam in poteſtatem impii caſuram, niſi populus crimina capiant, ib. Turri Gravienſi includitur ab impio filio, LIII. Clevicenſis dux illum liberare annititur, ib. pontifex pro eo libertati reſtituendo operam navat, ib. mandata ab eo, & Cæſare data Carolo duci Burgundiæ, ut ipſum liberet, LIV. Caroli ducis Burgundiæ imperio liberatur, ſed filius Adolphus honeſtas pacis leges reſpuit, ib. eo in carcerem truſo jura Gueldriæ Carolo Burgundo vendit, ib. moriens eum hæredem ex teſtamento inſtituit, ib.

Arnulphus Henrici I. imp. frater reſtituitur in ſede Ravennate per Benedictum VIII. p. Bar. t. xvi. 1014. II.

Arnulphus, ſive Arnolphus comes, ſcriptor, Bar. t. xvi. 1001. XXI.

Arnulphus Flandriæ marchio Rhemos cum muneribus proficiſcitur, Bar. t. xvi. 959. II. calculo gravatus, poſtpoſito medicorum conſilio, ſ. Geraldi abbatis opem implorat, III. ab eodem quomodo liberetur, ib. & ſeq. idem Flandriæ comes Willelmum Normanniæ ducem proditorie occidit, Pag. t. xvi. 993. II. ſanctorum Wandregiſili abbatis Ansberti, & Wulframni archiepiſcoporum corpore in monaſterium Blandinienſe transferri curat, 944. IX. & ſeq. a ſ. abbate Bronienſi calculi morbo ſanatur, 959. V.

Arnulphus comes Henricum Leodicenſem epiſcop. deprædatus jubetur pœnitentiam agere, Bar. t. xvii. 1080. II.

Arnulphus Gaufredi conſulis filius ob eccleſiam a patre profanatam, & a ſe cum præſidio retentam dat pœnas, Bar. t. xviii 1144. X.

Arnulphus laicus capitula inter reges Francorum Confluentiæ celebrata de conſervanda ad invicem pace cognoſcit, Bar. t. xiv. 860. XIV.

Arnuphis magus hoſtis chriſtianorum, Bar. t. ii. 176. IV.

Arnus Wirtzeburgenſis epiſc. nonus inter miſſarum ſolemnia cum ſociis martyrium ſubit, Bar. t. xv. 892. IX.

Arnuſtus laicus pacis capitula inter reges Francorum conſiderat, Bar. t. xiv. 860. XIV.

Aroaſienſis canonicorum regularium congregatio fundatur, Pag. t. xviii. 1097. XIX.

Aroges dux Beneventi Longob. Bar. t. x. 592. II. & t. xi. 602. IX.

Aronenſem abbatiam quam ſancta adminiſtraverit Carolus card. Borromæus, Ray. t. xv. 1560. XCIII.

Aroſtanes epiſc. in magna Armenia interfuit Nicæno concilio, Bar. t. iv. 325. XXVII.

Arphiadocitæ Trinitatem paſſam dicunt, Bar. t. xv. 863. XLV.

Arpinum captum a Giſulpho duce Beneventano, Bar. t. xii. 702. II.

Arreptitiorum gentilium Romæ ingens numerus, Bar. t. ii. 163. XIII. eorum multitudo curata a chriſtianis, ib. & 177. V. eorumdem occaſione gentiles complures ad fidem converſi, 163. XIII. & t. xii. 705. XIII. & ſeq. eorum quæ ſint certa ſigna, Bar. t. xii. 713. XIII. arreptitium curatur, Bar. t. xiii. 765. III arreptitia femina vatem agit, Bar. t. ii. 637. VIII. arreptitia virgo abſque cibo humano vivebat, Bar. t. viii. 434. XV. & ſeq. Dei ope curata, ib. arreptitiæ Romæ curatæ acta publica, Bar. t. xii. 713. V. arreptitia miraculoſe liberatur virtute ſs. Marcellini, & Petri, Bar. t. xiv. 828. XXV.

Arrha loco dabatur annulus ſponſæ in qualibet pactione, Bar. t. i. 57. LII.

Arrianus præfectus Thebaidis, Bar. t. ii. 253. CX.

Arrii Antonini tres, Bar. t. ii. 123. III. Arrius Antoninus proconſul in Aſia perſequitur chriſtianos, ib. quid in chriſtianos dixerit, eorum admiratus amorem martyrii, IV.

Arrogantia phariſæorum, in app. Bar. IX. Acacii in imaginibus declarata, Bar. t. viii. 488. I. epiſcoporum Conſtantinopolitanorum unde orta 493. XXII. conſueta hæreticorum arrogantia, Bar. t. ix. 519. CXIII. Græcorum in contemnendis Occidentalibus imperatoribus, Bar. t. xvi. 968. XXVI. eorum item in ſua commendanda doctrina, Bar. t. xviii. 1053. XXX. item Michaelis Cerularii patriarchæ, 1054. IV. monachorum pariter Caſſinenſium contra Victorem II. p. qualis, 1057. V. Guillelmi II. Angliæ regis in prohibendo nomine Urbani p. per ſuum regnum quoad eum ipſe pontificem approbet, Bar. t. xviii 1094. XXXIII. 1095. LIV. eadem ingens Danielis Pragenſis & Hermanni Verdenſis epiſcoporum in alloquendo Alesandro III. p. Bar. t. xix. 1159. LIV. item Friderici imp. 1162. IX. Bajazetis Turcarum principis inſana arrogantia, Ray. t. viii. 1402. VI. arrogantes humiliat Deus, Bar. t. x. 579. X. arrogantia, vide, Ambitio, Superbia.

Ars, & natura hæreticorum, Bar. t. xiv. 848. VI. ſubdola Græcorum in cauſa diœceſis Bulgaricæ, Bar. t. xiv. 869. LXXV. fraudulenta Photii in condemnando Nicolao papa, 870. XLIX. Photii artes Baſilio imperatori ſe inſinuandi, 878. XXXVIII. artes Phariſæorum ne profunde dormirent, in app. Bar. IX. quibuſdam artibus conatæ ſunt ſæculares poteſtates immiſcere ſe in electione ſummi pontificis, Bar. t. viii. 483. II. doloſæ artes Anaſtaſii imp. Bar. t. ix. 515. XLV. hæreticorum pertrahunt ad impietatem, 512. XXIV. eorum ſubdolæ artes, 515. XLV. novæ artes in perſecutione Traſamundi regis, 504. XLV. artes hominum regnandi cauſa, 519. XCI. ars arte deluditur, ib. multæ artes in bello, 523. XIX. & ſeq. artes diverſæ diaboli homines

Digitized by Google

mines oppugnandi, *Bar. t. xvi.* 971. IX. magicæ artis ſuſpicio in Silveſtro II. unde originem duxerit, 1003. V.
Ars typographica: ea ex ortæ plures corruptelæ, & libri hæretici typis mandati, *Ray. t. xi.* 1501. XXXVI. vetitis libri mandari typis ſine epiſcopi venia, *ib.*
Arſa, qui & Arſabir, protoſpatharius legatus Michaelis imp. ad Nicolaum papam, *Bar. t. xiv.* 859. LIX. *& ſeq.* pro falſo in Ignatium teſtimonio pœnitens, *Bar. t. xv.* 869 XLIII.
Arſaber germanus Joannis Conſtantinopolitani patriarchæ magi, *Bar. t. xiv.* 835. XXVIII. magiam fratris quomodo aluit, *ib.*
Arſaberas magiſter Mariam Theodoræ imperatricis filiam uxorem accipit, *Bar. t. xiv.* 855. LII.
Arſaces rex majoris Armeniæ chriſtianus, *Bar. t. iii.* 311. XXVII. a Juliano deſpicitur, *Bar. t. v.* 363. XXVI. captus a Sapore, & male habitus, 369. LXVII.
Arſaces rex minoris Armeniæ tributum pendebat Conſtantino, *Bar. t. iv.* 325. XXVII.
Arſaces conjurat cum Artabane in Juſtinianum imp. *Bar. t. x.* 549. VI.
Arſacius presbyter Conſtantinopolitanus contra Joannem Chryſoſtomum agit, *Bar. t. v.* 403. XIX. creatur epiſcopus poſt relegatum Joannem, 404. IV. *& Pag. ib.* XIII. frater fuit Nectarii, homo ignavus, *Bar. t. v.* 404. IV. ejus communicationem vitant Conſtantinopolitani cives, XLVIII. ei, Porphyrio, & Theophilo communicare lege jubetur, LXV. ei communicare renuentes dira patiuntur, LXIII. non recipitur a Romano pontifice Innocentio, LXXIX. ejus obitus, 405. XXIX. *& Pag. ib.* VIII.
Arſacius confeſſor prædicit terræmotum Nicomediæ, *Bar. t. iii.* 316. XXXV. & *t. iv.* 358. V. ejus obitus, *ib.*
Arſacius ſpatharius Nicephori imp. ad Pipinum legatus, *Bar. t. xiii.* 810. XIX.
Arſacius eunuchus perſecutor Alexandriæ, *Bar. t. iv.* 342. XXI.
Arſacius pontifex idolorum in Galatia, *Bar. t. v.* 362. CCCVI. ad eum Juliani epiſtola, *ib.*
Arſatius quæſtor in Nicephorum imp. conſpirat, *Bar. t. xiii.* 807. II.
Arſenii occiſi accuſatio rurſus illata in concilium Tyrium, *Bar. t. iv.* 335. XII. ſibi timens Arſenius quæſivit latebras, XIII. ejus latebris uſi ad ſuam cauſam Euſebiani, *ib.* ſe tandem periculo obtulit pro liberando Athanaſio, *ib.* ejus in ſynodo manifeſtatio, XV. fingitur occiſus ab Athanaſio, 331. I. manus defuncti, quaſi Arſenii, ab adverſariis circumfertur, *ib.* impenſe quæritur ab Athanaſio, 332. I. ad remota loca amandatur cum ſuis, III. invenitur apud Tyrum, IV. epiſcopus, & non presbyter, V. cur ab Athanaſio primum receſſerit, *ib.* pœnitens ad eumdem ſcribit, 333. VIII. a Meletio Hypſelitarum ordinatur epiſcopus, 326. VII.
Arſenius Eugubii epiſc. imp. legatus in via cum legatis populi Romani colludit in dejectionem Benedicti papæ, *Bar. t. xiv.* 855. XXXVIII.
Arſenius ſedis apoſtolicæ apocriſarius in Gallias legatus mittitur, *Bar. t. xv.* 865. II. epiſc. fuit Hortenſis, *ib.* literas ad diverſos ſecum ab urbe defert, LIII. commendatur epiſcopis regni Lotharii, LIV. honorifice exceptus in Galliis, LVII. LIX. laudatur e ſinceritate, 867. LV. ejus diligentia, & res geſtæ in obeunda legatione, 865. LIX. a regibus Gallorum, & Germaniæ cum muneribus exceptus, *ib.* Coloniæ placito intereſt, *ib.* apoſtolicam majeſtatem in alloquio Lotharii præſefert, LX. quas ipſi conditiones ponat, *ib.* Waldradam Lotharii regis pellicem Romam ire jubet, & rationem reddere, *ib.* excommunicationem in Engeltrudam Boſonis uxorem renovat, *ib.* eamdem Wormatiæ excipiens juramentum accipit, *ib.* poſt datum juramentum fugientem, literis ad omnes epiſcopos datis, perſequitur, & chriſtianæ converſationis exortem facit, LXII. epiſc. Ortanenſis mittitur a Nicolao p. in Gallias, ut Rothadum epiſcopum Sueſſionenſem in ſedem reſtituat, *Pag. t. xv.* 865. II. eum eccleſiæ ſuæ reddit, VIII. Theutbergam reginam cum Lothario rege marito reconciliat, X. *& ſeq.* Waldradam Lotharii concubinam in Italiam ducit, & Romam redit, *ib.*
Arſenius Mariæ Azizi Billæ Ægypti caliphæ uxoris frater, patriarcha Alexandrinus, *Pag. t. xvi.* 1009. VI.
Arſenius patriarcha Græcorum Manueli ſubrogatur, *Ray. t. xi.* 1256. LVII. illius inconſtantia, *Ray. t. xiii.* 1259. LVII. abit patriarchatu, & revocatur, LVII. defigit Palæologum anathemate ob Joannem Laſcarim obcæcatum, 1261. XXXIII. pellitur in exilium, XXXIV. ingens inter illius & Joſephi ſequaces diſſidium, 1284. XLIV. ejuſdem reſtitutio in patriarchatum Conſtantinopolitanum, *in not. Ray. t. iii.* 80.
Arſenius diaconus Romanæ eccleſiæ miſſus a Damaſo ad Theodoſium, magiſter datur Arcadio, *Bar. t. v.* 383. XXII. ſtans docebat Arcadium, *ib.* eam ob cauſam a Theodoſio reprehenſus, *ib.* recedens ab Arcadio petiit eremum, XXIII. ejus vita emendatur, *ib.* ejuſdem laudes, 385. IX.
Arſenius monachus a Photio ignaviæ perſtringitur, *Bar. t. xv.* 870. LVII.
Arſenius comes venit ad Juſtinianum contra chriſtianos Paleſtinæ, *Bar. t. ix.* 530. XXI. obtinet a Juſtiniano ea, quæ vult, *ib.* converſus ſe commendat s. Sabæ, ab eoque baptizatur, *ib.* homicidii auctor morte mulctatur, 537. XIV.
Arſenius, & Naucratius fratres ob veritatem in vincula conjecti, *Bar. t. xiii.* 809. XXXII.
s. Arſeus e cœmeterio in urbem e Leone IV. tranſlatus, *Bar. t. xiv.* 849. II.
Arſitius delator, *Bar. t. iii.* 295. I.
Arſulæ caſtrum, *Bar. t. xvi.* 1003. VIII.
Arſur urbs Paleſtinæ ſubjugatur a Sarracenis, *Bar. t. xix.* 1187. V. expugnata a Soltano Bendocdare, *Ray. t. iii.* 1265. XXXVIII.
Artabanes dux dolo necat Gontharidem, *Bar. t. ix.* 545. XXII. cum Arſace ſuo cognato conjurat in Juſtinianum imp. *Bar. t. x.* 549. VI.
Artabanus Perſa multos captivos abduxit ex ditione Romanorum, *Bar. t. x.* 574. I.
Artabanus rex Parthorum filiam uxorem Caracallæ dare recuſat, ideoque bello impetitur, *Pag. t. ii.* 212. III. ab Artaxerſe interficitur, 226. IV.
Artabaſdus, qui & Artabaſſus, Armeniæ præfectus, *Bar. t. xii.* 714. VI. 741. III. Leoni Iſaurico ad invadendum imperium opitulatur ſtipulatione nuptiarum ejus filiæ, *ib.* Conſtantini Copronymi cognatus, 718. II. Leonis Iſauri filiæ maritus, 741. III. Conſtantino ſuſpectus, *ib.* filii ejus a Conſtantino ad necem fraudulenter vocantur, *ib.* recuſat mittere filios, *ib.* aliquot ex amicis imperatoris interficit, *ib.* Theodorum patricium urbis præfectum ad ſuas partes allicit, IV. imperator acclamatur, *ib.* Conſtantinopolim ingreditur, *ib.* filios Conſtantini captos, & tonſos carceri mancipat, *ib.* ab Anaſtaſio pſeudopatriarcha laudatur, & ſecretum Copronymi impietatis diſcit, *ib.* Nicephorum filium ſuum imperatorem

Digitized by Google

rem coronat, 742. I. imperium ejus ſtare nequivis, & quare, *ib.* vincitur cum filiis a Conſtantino, *ib.* ab eodem cum duobus filiis comprehenditur, 743. XXVII. excæcatur, *ib.* ejus exercitus cæditur, & fugatur, *ib.* filiis oculi eruuntur, *ib.* portas Conſtantinopolis Conſtantino aperire coactus, *ib.* cum filiis ad ludos equeſtres ligatus, introducitur, XXVIII. fit imperator, *Pag. t. xii.* 741. IV. quo anno, VI. Conſtantini Copronymi ſororem uxorem duxerat, III. VII. ſacras imagines reſtituit, IV. VII. vincitur a Conſtantino imp. 742. I. Nicephorum filium imp. renunciat, II. Conſtantinopolim fugit, *ib.* cum filiis a Conſtantino excæcatur, 743. XVIII. de Artabaſdi hiſtoria variorum ſcriptorum teſtimonia conciliantur, *in not. Bar. t. xii.* 461. & quando plenum jus imperii obtinuit, *ib.* quid de epiſtolis Zachariæ, & concilio Germanico, *ib.* & 478. erroris potius arguendus Theophanes ob indictionem perperam collocatam, *ib.* & 491.

Artabius præfectus, *Bar. t. v.* 361. XVIII.

Artaldus creatur Rhemenſis archiep. ejecto Hugone puero Heriberti comitis filio, *Bar. t. xv.* 933. V. ejus laudes, *ib.* a Joanne papa pallium petit, I. V. Milonem comitem ob Catalaunenſe epiſcopium deprædatum excommunicat, V. ſynodum ad s. Macram indicit contra prædones, & eccleſiaſticarum rerum invaſores, *Bar. t. xvi.* 935. I. Ludovicum Caroli Simplicis filium regem Francorum ungit, 936. III. ab archiepiſcopatu deponitur, reſtituto Hugone, 941. I. eidem negotium faceſſit, 943. II. rurſus ejecto Hugone reſtitutus cum eodem litigat in ſynodo Virdunenſi, 947. I. ad ſequentem uſque ſynodum archiepiſcopatus curam habere jubetur, *ib.* ad aliam ſynodum Virdunenſem concurrit, *ib.* renuente ad judicium occurrere ab Hugone Rhemorum archiepiſcopus confirmatur, *ib.* literas proclamationis ad apoſtolicam ſedem tranſmittit, 948. III. ad ſynodum Ingelheimenſem accedit, *ib.* litis cauſam inter ſe, & Hugonem eidem ſynodo offert, V. ſynodice archiep. declaratur, *ib.* ad ſynodum Trevirenſem proficiſcitur, VIII. Lotharium puerum Ludovici Francorum regis filium conſecrat, 954. III. moritur, 962. XVII. ab Ingilenheimenſi concilio in ſedem reſtituitur, *Pag. t. xvi.* 948. I.

Artali duo diſtinguendi, *in not. Ray. t. vii.* 559.

Artalis de Alagona Trinacriam aſſerit Aragoniæ, *Ray. t. vii.* 1392. III.

Artalis de Alagona comes Molineti creatus dux belli adverſus Martinum ſchiſmaticum Trinacriæ regem, *Ray t. viii.* 1398. XXXIX.

Artaxerxes rex Perſarum incurſat Romanum imperium, *Bar. t. ii.* 236. I. vincitur ab Alexandro imp. *ib. & ſeq.* Parthos ſuperat, eorumque regem Artabanum interficit, *Pag. t. ii.* 226. IV. Perſarum imperium tenet, *ib.* Romanos prælio laceſſit, 227 II. poſtquam annos circiter quindecim regnavit, moritur, 241. IV.

Artbertus ſeu Ardobertus epiſc. Sennis a. s. Bonifacio ordinatus, *Bar. t. xii.* 743. IX. ab eodem inſtituitur archiep. Senonenſis, *Pag. t. xii.* 743. I. III. ejus ſedis nunquam poſſeſſionem adiit, IX.

Artemia duorum martyrum mater, *Bar. t. xiv.* 821. LVIII.

Artemion dux Judæorum quid in Cyprum inſulam hibitantes, *Bar. t. ii.* 116 II.

Artemiſiæ uxoris Theodori clariſſimi viri calamitas, *Bar. t. v.* 370. XCVIII.

Artemius miles teſtis de viſione ſigni crucis Conſtantino oſtenſa, *Bar. t. iii.* 312. XXI. ejuſdem præfectura, *Bar. t. iv.* 358. XXV. curat tranſlationem corporum ss. Andreæ & Lucæ, *ib.* miles ſub Conſtantino, & dux Auguſtalis ſub Conſtantio, *Bar. t. v.* 362. XC. martyr Antiochiæ, *ib.* ejuſdem martyrium anno ſuo, & menſi redditur, *Pag. t. v.* 362. XI. *& ſeq.* idem e cœmeterio Priſcillæ a Sergio II. delatus, *Bar. t. xiv.* 847. II.

Artemius epiſc. Senocius interfuit concilio Matiſconenſi, *Bar. t. x.* 582. X. comprobavit acta ejuſdem ſynodi, 588. XXII.

Artemius imp. idem dictus Anaſtaſius, *Bar. t. xii.* 714. VI. in Sicilia erigitur, 718. III. cum archiep. Theſſalonicenſi a Leone imp. capite feritur, 719. XX. *vide*, Anaſtaſius imp.

Artemon martyr Laodiceæ ſub Maximino, *Bar. t. iii.* 308. XXVI.

Artemonis hæreſis, *Bar. t. ii.* 196. IV.

Artevelda Belgarum tyrannus cæſus a ſuis, *Ray. t. vi.* 1345. XI.

Arthemas, & Tychicus Pauli miniſtri, *Bar. t. i.* 58. I.

Arthemiſia Judæa filia Lectorii præfecti provinciæ Hiſpaniarum ad fidem converſa, *Bar. t. vii.* 418. LXVIII. *& ſeq.*

Arthemius, Candida, & Paulina convertuntur ad fidem a Petro exorciſta, *Bar. t. iii.* 302. CV. baptizantur a Marcellino presbytero, *ib.* martyres Romæ ſub Dioclet. CVII.

Arthurus fit rex Britanniæ. *Pag. t. ix.* 508. XIV. moritur, 542. XI.

Arthurus Britanniæ dux quæritur a Richardo rege Anglorum cum licentia Clementis III. matrimonio jungi filiæ Tancredi regis Siciliæ, *Bar. t. xix.* 1190. III. a ciſmarinis ſalutatur rex; commendatur regis Francorum tutelæ, *Ray. t. i.* 1199. XLVIII. Philippo fidem ſuam obligat, 1202. XXV. Alienoram apud Mirebellum obſidet, *ib.* a Joanne Anglorum rege capitur, *ib.* audax ipſius Joanni datum reſponſum, *ib.* moritur in carcere; uti Angliæ regnum ipſi deberetur ex tractatu concordiæ cum Tancredo, *ib.* contendit Ludovicus Francorum rex, Joannem ob illius cædem ſe regno indignum reddidiſſe, 1216. IV.

Arthurus Henrici VII. Angliæ regis filius natu maximus: Catharina Ferdinandi, & Iſabellæ regum filia illi deſponſa, *Ray. t. xi.* 1497. XXIX.

Articuli ab epiſcopo in conſecratione jurandi, *Ray. xv.* 1560. LXIV. exhibiti patribus ab oratoribus Ferdinandi imp. 1562. XV. LXVI. reſponſa ad eoſdem, XVII.

Artifices ſtent intra limites ſuæ officinæ, *Bar. t. x.* 546. XLI.

Artiſius duumvir in mare projectus, & cur, *in app. Bar.* XXIII.

Artotyritæ heretici, *Bar. t. ii.* 173. XI. eorum hereſis, *Bar. t. v.* 373. XXXIV.

Artualdus Verolanæ epiſc. concilio generali Romæ a Leone IV. congregato ſubſcribit, *Bar. t. xiv.* 853. XLI.

Artuvicus archiepiſc. Bremenſis mittitur ab Eugenio III. ad Conradum regem Romanorum, *Bar. t. xix.* 1149. III. ab eodem cum cæteris Germaniæ epiſcopis vehementer increpatus ob neglectum officii paſtoralis, 1152. VIII. ſubſcribit latæ pro Octaviano antipapa contra Alexandrum III. papam ſententiæ, 1160. XXI.

Artziburzes quid ſignificet, *Bar. t. xiv.* 863. XLVIII.

Artziburia jejunium Armeniorum, quale, & unde deductum, *Bar. t. xiv.* 862. LI.

Arundenſe concilium ab Alfonſo Carillo celebratum, *Ray. t. x.* 1473. XX. ejus decreta, *ibid.*

Arundine clauſæ miſſæ literæ per tabellarium mendicum præſeferentem a concilio Epheſino

no Conſtantinopolim, *Bar. t. vii.* 431. CVIII. quid illis lectis factum ſit, CXIII.

Aruſpices falſis reſponſis eludunt ſenatum, *Bar. t. iii.* 279. V. eos Conſtantinus lege ſancita exagitat, *Bar. t. iv.* 319. XIX. conſulendos Conſtantinus ad ſenatum reſcripſit, 321. XVIII. facile omnia ſolere in religionem chriſtianam concitare, 324. XXXIV. adulantur Juliano, *Bar. t. v.* 363. XXXIII. eum admonent, XLI. XLVIII. eos frequentat Julianus, 362. XVII. in urbem vocantur ab ethnicis, *Bar. t. vi.* 409. VI.

Aruſpicina in magno pretio apud Romanos, *Bar. t. iv.* 321. XXIV. & *ſeq.* a Valentiniano conceſſa ſine magia, *Bar. t. v.* 371. CXXIX.

Arvandus Galliarum præfectus accuſatur de crimine læſæ majeſtatis, *Bar. t. viii.* 468. II. ejus mira procacia, VI. damnatur criminis majeſtatis VIII. ejuſdem caſus, *Pag. t. viii.* 468. II.

Arvara, ſive Aloara, Pandulphi principis Capuani uxor per filios comitem quemdam domini gratia necari curat, *Bar. t. xvi.* 991. XV. pœnitentiam delicti a b. Nilo ficte petit, *ib.* ad epiſcopos ab eodem mittitur, XVI. conſilio b. Nili non acquieſcit, *ib.* ex prophetia ejuſdem punitur, XVII.

Arvernenſe concilium in Gallia, *Bar. t. ix.* 541. XXX. huic multi ss. epiſcopi interfuere, *Pag. t. ix.* 541. IX. & *ſeq.* Arvernenſe concilium alterum, *Pag. t. x.* 587. X.

Arvernenſes liberantur ab inguinaria per s. Gallum, *Bar. t. x.* 565. XXIX. præclaras res gerunt, *Bar. t. viii.* 480. VII. caſtitatis cultores, XIX. eorum dux Victorius præfectus, VI.

Arvernenſis eccleſia afflicta inguine, mortuo s. Gallo epiſcopo, *Bar. t. x.* 573. XVIII. & *ſeq.* poſt ejuſdem mortem ſchiſmate laboravit, xxx. liberata a penſitatione tributi, 590. LI.

Arvernenſis civitas nunquam ab hoſtibus capta, *Bar. t. viii.* 475. XXII. inſtauratur, 480 XI. a Viſigothis obſidetur, *Pag. t. viii.* 466. III. eis traditur, 474. X. & *ſeq.* & 475. III. ab incendio liberata per s. Gallum epiſc. *Bar. t. ix.* 541. XXX. in hac civitate convertuntur Judæi, *Bar. t. x.* 579. XXIV. celebratur ſynodus ad ſedandas turbas, 587. XXXV. a Pippino rege Francorum expugnatur, *Pag. t. xii.* 761. V.

Arx s. Andreæ in Campania, Northmannis expulſis, recuperatur a monachis Caſſinenſibus ope s. Benedicti, *Bar. t. xvi.* 1045. VII.

Arx Circæa redditur Terracinenſibus a Gelaſio II. in præjudicium Romanæ eccleſiæ, *Bar. t. xviii.* 1118. VIII.

Arx Campaniæ oppidum capitur a Rogerio Siciliæ rege, *Bar. t. xviii.* 1140. XIV. incenditur a Willelmo Siciliæ rege, *Bar. t. xix.* 1155. III.

Arzila Africæ urbs capta ab Alfonſo rege Luſitaniæ, *Ray. t. x.* 1471. XXVII. item a Phutenſi rege, excepta arce, *Ray. t. xi.* 1508. XII. arcis obſidione Phutenſis depulſus, *ib.* a Mauris oppugnata, *Ray. t. xii.* 1516. CII. a Luſitanis defenſa, *ib.*

Aſan ſultanus Turcarum princeps rogat Romanum Diogenem de pace ſed fruſtra, *Bar. t. xvii.* 1071. XII. eundem capit, & benigne habet, atque cum omnibus captivis liberum dimittit, III.

quomodo Pipinum Italiæ regem ſibi reddiderit infenſum, *ib.* ab Obelerio fratre Venetiarum duce aſſuciatur, *Pag. t. xiii.* 806. VIII. cum eo in Franciam venit, *ib.* reipublicæ Venetorum initium dat, 810. V.

Bebba regina Angliæ, *Bar. t. xi.* 634. XVI.

Becanceldenſe concilium in Cantio, *Pag. t. xii.* 694. IV.

Becci patriarchæ Conſtantinop. amotio a patriarchali ſede, *in not. Ray. t. iii.* 586. ſedis tempus & obitus, *ib. vide*, Joannes Beccus.

Beclam villa Choſrois regis Perſarum, *Bar. t. xi.* 627. XIII.

Beclas vox ficta a Photio pro obtinenda Baſilii imper. gratia excogitata, *Bar. t. xv.* 878. XXXVIII.

Beda; ejus error de viris & mulieribus ad feſta venientibus, *Bar. t. v.* 12. IV. ejuſdem de ætate Joannis Evangeliſtæ opinio refellitur, *Bar. t. ii.* 101. VIII. de Dionyſio ſententia, 107. XL. ipſius modeſtia commendatur in non mutando verbum in divina ſcriptura, 231. LXI. illius error de auctore cycli novennalis, *Bar. t. iv.* 325. CXIII. ejus nomine aliqua ſcripta edita, quæ vere Petri abbatis Tripolitani ſunt, *Bar. t. x.* 572. XVI. ipſiuſmet error corrigitur ex s. Gregorio, 597. XXVIII. idem in compendium redegit librum de locis ſanctis, *Bar. t. xii.* 699. VIII. Bedæ commendatur modeſtia, 701. III. habuit magiſtrum, & inſtitutorem Ceolfridum abbatem, I. an Romam venerit, IX. a Gregorio papa epiſtolas ad Anglicanam rem ſpectantes petit, 726. XLIV. Anglicanæ hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſcriptor, *ib.* Galliarum a Sarracenis expugnatarum ſcriptor oculatus, 729. VIII. Anglorum gentis hiſtoriam eccleſiaſticam quando finiverit, 731. XIV. qualis fuerit ipſe de ſe ſcribit, *ib.* univerſum ſtatum Angliæ deſcribit, *ib.* appendicem de rebus ſuis fecit, *ib.* ubi natus, & a quibus educatus, *ib.* presbyter monaſterii ss. Petri & Pauli, *ib.* deſiderium ejus & induſtria circa meditationem ſcripturarum, *ib.* cantandi curam in eccleſia habuit, *ib.* quo anno ætatis ſuæ diaconus & presbyter factus, & a quo, XV. catalogus omnium ejus operum, *ibid.* preces ejus ad Deum poſt enumerationem ſcriptorum ſuorum, *ibid.* Nordanhumbrorum regi hiſtoriam Anglicam miſit, *ib.* a lectore preces expetit, *ib.* ætas ejus diverſe notata, XVII. quando obierit, *ib.* de tranſitu ejus diſcipuli narratio, *ib.* quando ſacros ordines aſſumpſerit, *ib.* anhelitus infirmitate gravatur, XX. modico ſomno impeditus, *ibid.* Anglicanæ linguæ peritus, XXI. ob infirmitatem Deo gratias agebat, *ib.* inaudita ejus ad Deum gratiarum actio, *ib.* de exitu animarum a corpore frequens diſcipulos monebat, *ib.* *Ne relinquas nos orphanos* legens lacrymari ſolitus erat, *ib.* partem evangelii s. Joannis Anglice convertit, *ib.* in libris Iſidori excerptiones fecit, *ib.* in morbo ſemper docebat, XXII. munuſcula ſuis diſcipulis diſtribuebat, *ib.* miſſas pro ſe fieri petit, *ib.* in pavimento caſulæ ſuæ cantans *Gloria Patri & filio, &c.* animam exhalavit, XXIII. incomparabili tranquillitate mortuus, *ib.* ſepulcri ejus epitaphium, XXIV. monaſterium ejus totius literaturæ erat gymnaſium, *ib.* *venerabilis* cur ſit dictus & non ſanctus, XXV. ejuſque rei fabula, *ib.* cognomentum *venerabilis* majoribus incognitum, *ib.* lapidea concludentes concionem reſpondentes *Amen*, *ib.* Hilduinus ejus contaneus, XXVI. vita ejus a Cuthberto abbate ſcripta, XXVII. a s. Bonifacio laudatus, *ib.* bis in literis s. Bonifacii citatus, *ib.* a Gregorio ſecundo Romam vocatus, XXVIII. quædam ejus ſcripta a s. Bonifacio petita, XXIX. opuſcula ejus tranſmitti ſibi Bonifacius cupit ab Ecberto, 745. XVII. quo anno natus ſit, *Pag. t. xii.* 653. VIII. ex Anglia numquam egreſſus eſt, 701. II. moritur, 731. IV. non erat centenario major, V. ejus ſcripta, VI. a quo tempore *venerabilis* nomen ei attributum, V. collectaneum in epiſtolas divi Pauli ſub Bedæ nomine ejus opus non eſt, ſed Flori Lugdunenſis eccleſiæ diaconi, VI. auctor eſt alterius collectanei in Paulum, *ib.* annus ejus emortualis ex epiſtola s. Bonifacii ad Cuthbertum abbatem probatur, VII. item ex archiep. Egberti Eboracenſis, VIII. Beda paulo ante mortem ad Egbertum ſcripſit, XII.

Bedroſdorf, villa a Ragnero Lotharingiæ duce monaſterio s. Mathiæ eccleſiæ Trevirenſis oblata, *Bar. t. xv.* 913. IV.

Begardi in ſynodo Colonienſi ab Henrico archiep. damnati, *Ray. t. iv.* 1306. XVIII. fœdi ipſorum errores, *ib.* una cum ſuis hæreſibus damnati in concilio Viennenſi, 1312. XVII. octo eorum errores confutati ab Alvaro Pelagio, *ib.* graſſantur in Germania, *Ray. t. vi.* 1351. XXVI. ad eos exscindendos conſtitutus fidei cenſor, *ib.* præſules ac principes, ut illi non deſint admoniti, *ib.* Bertoldus Begardus Spiræ exuſtus, XXVII. ab Urbano V. legibus ſubjici juſſi, *Ray. t. vii.* 1365. XVII. Hollandiam Germaniamque inficiunt, 1372. XXXIV. diſtricta in eos judicia, *ib.* repullulant eorum errores, *Ray. t. viii.* 1409. XC. quidam ex iis ſe in Chriſtum converſum deblaterat, *ib.*

s. Begga filia Pippini principis, *Bar. t. xi.* 632. V. vitam arctiorem ſectatur, XIII. eadem Pippini Heriſtalli mater monaſterium Andanenſe in Belgio fundat, *Pag. t. xii.* 698. IX. ejus ad Deum tranſitus, *Bar. ib.* X. II. annus ejus mortis probatur, X. ex eo Francorum regum chronologia confirmata, XI.

Biggan presbyter, *Bar. t. xii.* 716. XXIV. huic Ceolredus rex viſionem ſuam exponere præcipitur, *ib.*

Bego Vritetras ſubſcribit latæ contra Albienſes hæreticos damnationis ſententiæ, *Bar. t. xix.* 1176. XIV.

Beguardæ, & Beguinæ cur ita dictæ, *in not. Ray. t. iv.* 551. earum inſtitutum, *ib.* non damnatæ in concilio Viennenſi ſub Clemente V. *ib.* duplex earum genus, *ib.* fundantur a Lamberto presbytero, *Pag. t. xix.* 1177. XVIII. in concilio Viennenſi œcumenico damnatæ, XIX. earum inſtitutum adhuc perſeverat, *ib.* quæ pie ſentirent præſulibus commendatæ, ſontes plecti juſſæ, *Ray. t. v.* 1321. XIX.

Behemanni Hunnos infeſtant, *Bar. t. xiii.* 805. II. a Carolo M. expugnantur, *ib.*

Behemoth beſtiarum maxima Eutyches, *Bar. t. viii.* 449. LXXXVIII.

Beibal villa Choſrois regis Perſarum, *Bar. t. xi.* 627. XIII.

Bela dux Hungarorum ejecto Andrea rege rex coronatur, *Bar. t. xvii.* 1066. XV. ſollicitatus ab Hungaris ut idololatriam reſtituat, auctores ejus conſilii ſevere punit, *ib.* regnum dividit cum Salomone Andreæ regis ejecti filio, XVI. Hungariæ regnum invadit, *Pag. t. xvii.* 1061. X. moritur, 1063. VII. 1066. VII.

Bela II. rex Hungariæ creatur, *Bar. t. xviii.* 1131. XVI. idem cæcus fit rex Hungariæ, *Pag. ib.* XX. pie moritur, 1141. XV. ejus obitus, *in not. Bar. t. xviii.* 613. ei ſuccedit Geiſa II. *ib.* quot dies a morte patris ad ejus coronationem intercurrant, *ib.*

Bela III. Hungariæ rex dicitur, *Pag. t. xix.* 1172. VI. moritur, 1190. XXV. Alexandri III. juſſu

a Co-

Digitized by Google

a Colocenſi archiep. corona redimitur, *Ray. t. i.* 1204. XLIV. moribundus Andream filium paternæ execrationis intentata religione ad obeundam Aſiaticam expeditionem obſtringit, 1198. X.

Bela IV. uxorem Theodoram Laſcaris filiam dimittit, *Ray. t. i.* 1223. XXXI. præſulum Ungar. ea de re ad Honorium III. literæ, *ib.* recipit uxorem, atque ob id a parente exagitatus fugit in Auſtriam, 1224. XXIII. pontifex Ungariæ præſules illi præſidio eſſe jubet, *ib.* benigne ab Auſtriæ duce excipitur, XXXIV. Auſtriaco, & aliis principibus ab Honorio commendatur, *ib.* Ungari in Andream ob infectatum Belam conſpirant, XXXV. permittit illi Honorius, ut abalienata a patre regni jura revocet, 1225. XXII. monetur a Gregorio IX. ut Walachos ſchiſmaticos coerceat, *Ray. t. ii.* 1234. XXXVIII. monetur a Gregor. IX. ut Walachos ſchiſmaticos coerceat, 1234. XXXVIII. adducat ipſos ad obſequium eccleſiæ, XXXIX. condat eccleſiam in Cumania, *ib.* illius ſacramentum quo ſe ad oppugnandos hoſtes eccleſiæ devinxit, XL. Andreæ parenti ſuccedit, 1235. XXVII. illius metu noverca in Germaniam fugit, *ib.* rogatur a Gregorio IX. ut Conſtantinopolitano imperio laboranti auxilium ferat, LIII. arguitur de bonis eccleſiarum occupatis, 1236. LXVI. ſollicitatur ad ferenda Conſtantinopolitano imperio auxilia, 1237. LXXI. Bulgaria illi occupanda exponitur a Greg. IX. 1238. VI. legati apoſt. dignitate ornari, nonnullaque alia flagitat, XII. quid reſponſum a Gregorio, XVII. ipſius exercitum crucem præferri permittitur, XIX. rogatur a pontifice, ut venienti Balduino aditum in Græciam det, XXV. ſignificante illo cupere Vatacium ad eccleſiæ Rom. conjunctionem redire, poſtulat pontifex inquirat, ut Græci cavere ſecuritati velint, 1240. LI. Kingam filiam Boleſlao duci Cracoviæ nuptui dat, LXVIII. ut illa magno miraculo naſcens ſacrum hymnum repetierit, virginitatemque toto vita coluerit, *ib.* urgetur Bela a pontifice, ut præſules ad indictum concilium mittat, 1241. L. LI. comitia Budæ celebrat, ut pareut ſe in Tartaros Ungari, XVII. Baty Tartarorum dux immenſo cinctus exercitu Palatinum fundit, *ib.* cruceſignatorum in Tartaros expeditionem promulgari jubet Gregor. IX. Beleque ad eos propulſandos animos addit, XVIII. XIX. cum fratre Colomano rege profligatur, XX. tribuit ipſius inertiæ cladem Ungariæ Fridericus imp. XXII. in Illyricum fugit, XXIII. XXVI. condolet illius cladi pontifex, XXVII. Bela ſupremum Ungariæ dominium, retento ſibi fiduciario Friderico pollicetur, ſi ab eo tegno fuerit reſtitutus, XXXII. deeſt illi Fridericus poſt jactata promiſſa magnifici, *ib.* patriarchæ Aquilejenſis opera Fridericum urget ut ſe in regnum reſtituat, 1242. VI. Strigonium a Caydano ſibi ereptum amittit, VII. quacunque fugiat illum Tartari inſequuntur, *ib.* recedentibus Tartaris regnum paulatim recuperat, *ib.* ab Innoc. IV. auxilia poſcit adverſus Tartaros, 1243. XXXVI. pontifex Germanis in eos arma correptutis indulgentias proponit, *ib.* & XXXVII. declarat pontifex dum Friderico fidei ſacramento non teneri, 1245. LXXXI. formidanti Tartarorum irruptionem auxilia pollicetur Innocentius, 1247. XXVI. Fridericum ducem Auſtriæ in prælio cadit, *ib.* hortatur Willelmum regem pontifex ut Belæ contra Fridericum exauctoratum Auſtriam ſubiicere meditantem, auxilio ſit, *ib* commendatur ab Innoc. ob exagitatos Boſnæ hæreticos, *ib.* ſtudet Vatacium ad eccleſiæ conjunctionem adducere, XXVII. gratulatoriæ Innocentii ea de re lit. *ib.* proponit Innocentio Fridericum pactis non ſtetiſſe, atque adeo Ungariam imperio vectigalem non ſubiiciendam, 1245. LXXX. ut Tartari ob mortem Octoday imperat. abſceſſerint Ungaria, LXXXI. crudele bellum cum Bohemorum rege Wenceſlao pro Auſtria retinenda gerit, 1253. XXVIII. cum Othachero rege Bohemiæ, 1254. XXXII. concordiam init, XXXIII. Styriam relicta illi Auſtria ſibi aſſerit, *ib.* Tartarorum minis territus implorat pontificium auxilium, *Ray. t. iii.* 1259. XXXI. ſollicitatur a Tartaris ad ineundum cum ipſis fœdus, XXXVII. monetur a pontifice, ut impium fœdus reſpuat, XL. XLI. promiſſa illi auxilia, XLIV. pro Styria bello diſerptat cum Othachero Boemiæ rege, 1260. XXIV. clade accepta Styriam victori concedit, *ib.* quinquaginta duo millia Tartarorum in acie trucidat, 1261. IV. divina erga illum pontifici obſequentem providentia, *ib.* ſollicitatur a Tartaris ut fœdus cum iis feriat, 1264. XLVIII. monetur ab Urbano IV. ut illud reſpuat, *ib.* paret pontifici, LI. Cumanos ad baptiſmum cogit, *ib.* ſollicitatur ad concordiam cum filio redintegrandam, LII. LIII. ut divinitus Joannis epiſc. Boſſinenſis opera ad pacem cum filio Stephano redactus ſit, LIV. obſequium ſua Clementi IV. defert, 1265. VI. Zagabrienſis epiſcopus contra illius gratiam defenſus a Clemente, 1266. XXXVIII. moritur Bela, & ſceptrum Stephano filio tranſmittit, 1270. XXIX. ejus interitus, in not. *Ray. t. iii.* 272. ejus ſucceſſor, *ib.*

Belgæ ad ſeditionem in regem Francorum ob nimiam acerbitatem adminiſtrorum concitati, *Ray. t. iv.* 1302. XVI. fundunt Gallos, *ib.* in Philippum VI. rebellant, *Ray. t. v.* 1328. LXX. cenſura devocti pronuntiantur, *ib.* bello domiti veniam poſcunt, *ib.* interdicto ſoluti & quomodo, *in not. Ray. t. vi.* 241. libertatis ſtudio obſiſtunt duci Philippo, ne regium nomen ſibi adſciſcat, *Ray. t. x.* 1463. XCIV. *vide*, Flandri, & Flandria.

Belgium; ejus eccleſia Theodolphi natalem diem colit, & Ermenii, *Bar. t. xii.* 737. III. & quando, *ib.* variis bellorum motibus agitatur, *Ray. t. xiii.* 1540. I. *& ſeq.* libros Lutheri acribus edictis Caroli V. in Belgio proſcribit, X. a Carolo V. Franciſco I. pro pace componenda irrita oblatio exhibetur, XI. 1541. L. ejus admiſſio pro Aurelianenſi duce a pontifice Franciſco I. fruſtra ſuadetur, LX. *& ſeq.* Belgium ab hæreſi purgare ſtudet Carolus V. *Ray. t. xiv.* 1544. XXXIV. Lovanienſium theologorum aſſertiones in eodem ſervari jubet Carolus V. 1545. XLVIII. plura oppida a Gallis in Belgio concremantur, 1553. XXVIII. bellum in Belgium infert Henricus VIII. 1554. XX. plures in Belgio epiſcopatus eriguntur, *Ray. t. xv.* 1559. XXXIII. 1561. LXIX. ſacerdotes ſocietatis Jeſu ad refellendas in Belgio hæreſes vocari monet Pius IV. 1561. LXVII. Belgæ epiſcopos, ac theologos ad concilium mittunt, 1562. CXLIV. hæreſeon virus in Belgio ſerpens Margharita Auſtriaca, ac card. Granvellanus comprimere ſtudent, CLXXXIV. ſeditiones hæreticorum contra concilii decreta in Belgio excitantur, 1565. XVII.

Belgradum captum a Solymanno, *Ray. t. xii.* 1521. CXXII. *vide*, Albagræca.

Beliſarius dux mittitur ad bellum Perſicum a Juſtiniano imp. *Bar. t. ix.* 527. XLV. ejus epiſtola ad Mirthanem, ei pacem offerendo, XLVI. ad eum Mirbanes, ad bellum eum excitando, XLVII. rurſus ad Mirthanem, ad concordiam eum hortando, *ib.*

ad

ad eum iterum Mirrhanes, ipſum contemnendo, XLVIII. Perſas vicit, XLIX. feliciter confecit bellum Perſicum, 530. XI. prævidet victoriam de Wandalis per ſomnium, 533. XLV. ſevere punit ebrios homicidas, XLVI. ejus concio de juſtitia ſervanda in exercitu, XLVII. ejus probatur ſeveritas, XLVIII. ejus ſummæ juſtitiæ exemplum, LII. ejus ſumme prudentia in continendo exercitu, *ib.* potitur Carthagine, LV. ſuperat invidorum calumniam, 534. LIII. ejus triumphus, *ib.* quæ & quanta ſpolia ab hoſtibus ceperit, LIV. ejus conſulatus honorificus, 535. I. Salonam urbem expugnavit, XCIII. Siciliam Romanis recuperavit, XCIV. ejus felicitas, *ib.* dura obſidione Neapolim cepit, 537. I. an bene, vel male Neapolim tractaverit, dubium eſt, *ib.* cum exercitu Romam ingreditur, VI. male tractat Silverium papam, 538. VI. mittit in exilium eundem papam atque deponit, VII. ejus pœnitentia, X. eccleſiam conſtruit pro pœnitentia, *ib.* ab eo implorat auxilium contra Gothos Dacius epiſcopus Mediolanenſis, LXXXIX. in ejus potentia confidebat Vigilius, 540. IV. ejus ſtudio ut eligeretur Vigilius Romanus pontifex, V. Conſtantinopolim revocatur, 541. IV. cum Vitige & regia ſuppellectile Byzantium venit, *ib.* ejus pictura de duobus regibus victis, V. ejus multæ laudes, 533. LII. ejus indulgentia erga agricultores & ſegetes, *ib.* ejus continentia laudatur, *ib.* ejus vividum ingenium, *ib.* feliciſſimus dux, niſi paruiſſet impiæ Theodoræ, VI. miſſus in Perſidem nihil profecit, 543. XV. in Italiam mittitur Vigilii opera, 544. I. in Æmilia conſtituitur adverſus Totilam, 545. I. munera pretioſa offert s. Petro, *ib.* & in primis crucem auream pulcherrimam, II. Carthaginem occupat, *Pag. t. ix.* 533. VI. quot annos Wandali ea potiti ſunt, VII. bellum Wandalicum abſolvit, 534. IV. Neapolim occupat, 537. II. Romam recipit, IV. Ravennam, & Vitigem Gothorum regem capit, 540. XI. Conſtantinopolim revertitur, *ib.* & 541. III. contra Perſas mittitur, & revocatur, XII. *& ſeq.* in Juſtiniani offenſionem incidit, & in gratiam redit, 54e. IV. *& ſeq.* mittitur in Italiam, 544. II. & 545. II. Romæ expectabatur in neceſſitate, *Bar. t. x.* 547. VII. ejus epiſtola ad Totilam regem pro urbe ſervanda, XXIII. dilemmate perſtringit Totilam, XXIV. Urbem ingreditur, & munit, XXV. revertitur Conſtantinopolim inglorius precibus conjugis, 549. I. ejus robur decidit, ex quo injecit violentas manus in Silverium pontificem, II. mittitur a Juſtiniano ad revocandum Vigilium papam, 55e. XIII. licet ſenex, armatur tamen contra Hunnos, 558. XI. ejus calamitas, 561. II. an fuerit excæcatus, III. *& ſeq.* dictus Romanorum decus, V. pro eo magna declamatio, *ib.* luit pœnas juſto Dei judicio, VII. dejectus inter eos, qui conjurationem in Juſtinianum conflarunt, 564. VIII. Byzantium redit, *Pag. t. x.* 549. II. Bulgaros in proprias ſedes redire cogit, 558. IV. *& ſeq.* conjurationis in Juſtinianum imperatorem innocens declaratur, 561. V. *& ſeq.* moritur, *ib.* ejus excæcatio, & eleemoſynæ petitio fabuloſæ, VII.

Beltraminus Comanus epiſcopus ad Bononienſes cenſaria ſolvendos, reſtituendoſque eccleſiaſtico imperio miſſus, *Ray. t. vi.* 1340. LX. re bene geſta transfertur ad Bononienſem ſedem, *ib.* ad Belgas Gallo regi conciliandos miſſus, 1342. XII.

Belnnenſes e Bavarico ſchiſmate ad eccleſiæ gratiam redeunt, *Ray. t. vi.* 1340. LXXI.

Bellare non licere chriſtianis, fuit Tertulliani ſententia, ac ſubinde Manetis, *Bar. t. III.* 277. XXXVIII.

Bellarminus S. R. E. cardinalis archiepiſcopus Capuæ creatus, *Bar. t. xvi.* 963. XCII. Centuriatorem de origine electorum imperii Romani turpiter mentientem, quam potenter convicerit, 996. XXXIX. correxit Aventinum hæreticum, & Onuphrium Panvinum, aſſerentes Gregorium X. ſeptem electorum auctorem, LIV.

Bellator presbyter multos libros edidit, *Bar. t. ix.* 5e7. LXX. ejuſdem ſcripta in bibliotheca Caſſiodori, *Bar. t. x.* 562. XIV.

Bellerophonteus morbus monachis calumnioſe a Gentilibus adſcriptus, *Bar. t. iv.* 394. LXXXIV.

Bellica virtus cives juſtitia, & pietate elucet, *Bar. t. xi.* 621. V.

Bellicæ res quare interdum infauſtum finem ſortiantur, *Bar. t. x.* 588. VIII.

Bellicæ feriæ tempore paſchatis cuſtoditæ, *Bar. t. xi.* 600. IV.

Bellici apparatus quales eſſe debeant, *Bar. t. iv.* 393. XXXVIII. bellicus apparatus Eugenii, XXXVI. religioſus belli apparatus Theodoſii in Eugenium, XXXV.

Bellicoſitas Francorum Græcia objicitur, *Bar. t. xv.* 871. LXIV. & Piſanorum commendatur, *Bar. t. xviii.* 1133. I. 1134. II. 1135. XV.

Belliger dictus Clodoveus Francorum rex, *Bar. t. ix.* 514. XXII.

Bellota princeps; ejus erga pontificem reverentia, *Ray. t. r.* 1e02. XXXIV.

Bellovacenſe concilium quando celebratum, *Bar. t. xiv.* 845. XI. quid in eo actum, XII. idem ſub Carolo Calvo, *Pag. ib.* V. aliud Bellovacenſe concilium fictitium, *Pag. t. xvi.* 1034. VI. alterum in Galliis, *Bar. t. xviii.* 1114. XI. idem a Canone Prœneſtino apoſtolicæ ſedis legato celebratur, *Pag. ib.* VII. Henricum imperatorem anathematizat, *ib.* aliud concilium ab eodem Canone apoſtolicæ ſedis legato celebratur, 1120. XXII. idem concilium ad quem annum pertineat, *ib. in not.* 372. alterum a Petro Leonis card. apoſtolicæ ſedis legato cogitur, *Pag. t. xviii.* 1124. III. *& ſeq.*

Bellnacum, vel Bellovacum civitas, *Bar. t. xiv.* 845. XXXI.

Bellum; bella adverſus impios quomodo Chriſtus gerat, *Bar. t. v.* 37e. XC. bellorum, & cladium cauſa hæreſis, & impietas, 378. XVIII. belli tempore non affligendi populi, *Bar. t. vi.* 393. XXXVIII. belli cædes non omnino ſine aliquo piaculo, 394. XX. bellum majus nullum eſt, quam dimicare beneficiis, *Bar. t. viii.* 471. XXIV. bella nova ſemper movent hæretici, *Bar. t. ix.* 51a. XXX. in bello pietas quantum poſſit, 522. VIII. in eo multæ artes, 5e3. XX. quæ leges ſervandæ, 507. XV. propter fidem catholicam movendum, XIII. de eodem prædictiones felices, 532. III. in eo non militent niſi chriſtiani, *ib.* in ipſo abſit ebrietas, 533. XLVI. *& ſeq.* in eo commendatur juſtitia, XLVII. ſeveritas contra vitia probatur, XLVIII. bellorum cauſa populi non gravandi, *Bar. t. x* 595. XIII. eorum item occaſione monachiſmus diſſolutus, 591. XVI. in bello facta cædes aliqua pœnitentia expianda, *Bar. t. xi.* 610. IV. in bello occiſos fruſtra inter martyres collocare ſtuduit Phocas, *ib.* belli turbas ſacerdotes olim in manibus habebant, *Bar. t. xii.* 708. VII. quomodo incipienda bella, *Bar. t. xv.* 866. VII. adverſus eccleſiam gerens bellum Deum ſibi hoſtem conſtituit, XV. I. bellum aliquando expetendum, & non pax, 880. IX. bella graviſſima poſt ſanguinis pluviam in Aquitania ſubſecuta, *Bar. t. xvi.* 1017. VII. bella inter privatos multorum malorum cauſa, *Pag. t. xvi.* 1027. XII. horum malorum

rum

rum origo, 1034. III. ad ea bella tollenda varia concilia in Galliis celebrata, I. *& ſeq.* contra ea adinventa eſt treuga Dei, 1041. VI. *& ſeq.* inſigne de bellis movendis monitum a s. Ludovico rege datum filio, *Ray. t. III.* 1270. XVII. ut bellorum incerti exitus, 1274. XLVI. bella juſta geri poſſe negant aliqui Wicleffiſtæ, *Ray. t. VII.* 1395. XVIII. mala ex bello emergentia deplorat Bonifacius IX. *Ray. t. VIII.* 1398. XXXVII. ad bella compoſuit ſuas hæreſes Joannes Hus, 1413. XII. provenientia ex bello mala, *Ray. t. XI.* 1484. VII. Gallis, & Hiſpanis mutuo bello cruentiſſimo ſe confectuits in Ravennate prælio Ravennæ Chriſti imago ſanguinem fundit, 1512. XXI.

— civile ortum Conſtantinopolim, *Bar. t. VIII.* 491. XIV. Francorum divinitus ſedatum, *Bar. t. IX.* 540. XXXII. bellum civile, & domeſticum affligit Gallias, *Bar. t. X.* 556. XXXVII. Antiochenum, *Bar. t. XI.* 609. III. in Oriente, *Bar. t. XII.* 742. I. inter Sarracenos, 746. I. Siculum, *Bar. t. XIII.* 781. IV. confectum, *ib.* inter Venetos, & Gradenſes, 802. X. inter Aaronis regis Perſarum filios, 808. XXXIII. domeſticum inter Irenem, & Conſtantinum imper. 789. I. Conſtantinopolitanum, *Bar. t. XIV.* 821. XL. inter Francos, 841. IV. bello civili Dani conſumuntur, 854. VI. in Oriente incrudeſcit, *Bar. t. XVI.* 978. IV. inter Robertum Francorum regem, & filios, ejuſque cauſa, 1031. I. a Willermo s. Benigni abbate ſopitur, *ib.* civile per totam Italiam, *Bar. t. XVIII.* 1141. I. inter Tuſciæ civitates, 1145. XXXV. exortas ex civili bello calamitates exponit Joannes XXII. *Ray. t. V.* 1316. XXXII. XXXIII. *& ſeq.* quæ, & quanta mala ex eo oriantur, *Ray. t. IX.* 1441. XIX.

— eccleſiaſticum inter viros ſanctos, *Bar. t. VI.* 400. LXIII. eccleſiaſticum ubique vigere, *Bar. t. X.* 552. XIII. in occidente, 555. XVI. bellum ſacrum inchoatur, *Pag. t. XVIII.* 1096. IX. *& ſeq.* viri reclamantibus uxoribus bello ſacro ſe poſſunt devovere, *Ray. t. I.* 1213. 31. bellum ſacrum in Albigenſes, aliosque hæreticos, 1208. XV. 1226 XXXIII. 1228. XXI. & *t. II.* 1233 XL. [illegible] *Ray. t.* [illegible] 1218. XLIII. & *t. II.* 1230. XXIII. 1234. XLIV. 1243. XXXII. in Sarracenos, *vide*, Damiata. Terra ſancta. Alfonſus rex Caſtellæ. Alfonſus rex legionis. Alfonſus II. rex Luſitaniæ. Ferdinandus, ſeu Fernandus rex Caſtellæ. Jacobus rex Aragonum.

— Judaicum quo anno cœptum, *Bar. t. I.* 68. XXXVI. ejus veritas a Joſepho ſcripta, 73. X. idem ſub Hadriano, *Bar. t. II.* 130. I. ejuſdem finis ſub Hadriano, 137. I. renovatum ſub Severo, 199. II. bellum inter chriſtianos, & Judæos in inſula Minoricenſi, *Bar. t. VII.* 418. XLVII. cum Joanne tyranno geſtum, 424. XIII.

— Aretæ cum Herode, *Bar. t. I.* 31. XLV.

— Albinianum a Severo confectum, *Bar. t. II.* 199. I.

— Bizantinum ſub Severo, *Bar. t. II.* 198. XX.

— Marcomannicum ſub Marco Aurelio, *Bar. t. II.* 171. I. 176. I. IV. ſub eodem Marco renovatur, 171. I. 176. I.

— Parthicum ſub Severo, *Bar. t. II.* 203. IV.

— Samariticum ſub eodem Severo, *Bar. t. II.* 199. II.

— Alexandrinum ſub Gallieno, *Bar. t. III.* 263. II.

— Armenicum a Maximino excitatum, *Bar. t. III.* 311. LVII.

— Cybalenſe, *Bar. t. III.* 317. VII.

— Conſtantini adverſus Maxentium, *Bar. t. III.* 312. X. *& ſeq.* adverſus duces Maxentii, XLVIII. adverſus Licinium quando cœptum, 317. I. in Thracia geſtum adverſus Licinium, X. bellum ſecundum in Tracia adverſus eundem a Conſtantino geſtum, 318. I. navale Conſtantini, atque Licinii, *ib.* Conſtantini bella adverſus Barbaros, *Bar. t. IV.* 330. XLIX. bellum Sarmaticum geſtum a Conſtantino, 319. II. Perſicum bellum Conſtantinus parat, 336. LXVIII. adverſus Scythas, 330. XLIX. confectum a Gallicano, L.

— Conſtantini Copronymi adverſus Arabes, *Bar. t. XIII.* 795. XLII.

— Perſicum ſub Diocletiano, *Bar. t. III.* 301. L. in Meſopotamia bellum Perſicum, *Bar. t. IV.* 338. XIX. ſub Conſtantio invaleſcens, 340. XLIV. bellum inter Perſas, & Romanos, *Bar. t. V.* 363. L. ejuſdem apparatus, XXII. ſub Arcadio geſtum, *Bar. t. VI.* 395. XXIV. ſub Theodoſio imp. *Bar. t. VII.* 420. XXV. *& ſeq.* belli inter Romanos & Perſas cauſa, *Pag. t. VII.* 420. XV. hoc Arcadio perperam adſcriptum, XVI. *& ſeq.* continuatur, 421. XIII. finitur, 422. XI. *& ſeq.* belli alterius inter Romanos, & Perſas origo, *Pag. t. IX.* 518. XI. cum Perſis ante Juſtini obitum inchoatum, 527. VI. belli alterius vicennalis inter Romanos, & Perſas initium, *Pag. t. X.* 571. V. ejuſdem cauſa, VI. quo anno prima expeditio ſuſcepta, VII. ejus cauſas Romani in Perſas, Perſæ in Romanos reiiciunt, 572. XIV. ejus finis, 593. IV. aliud cœptum poſt necem Mauritii imperatoris, *Bar. t. XI.* 603. XIII. ejuſdem ab Heraclio illati annus primus, 621. I. annus ſecundus, 622. III. annus tertius, 623. I. annus quartus, 624. I. annus quintus, 625. I. annus ſextus, 626. I. ejuſdem cauſa pecunia ab eccleſiis mutuo accepta, 620. I. bellum Perſicum ſacrum, & ſanctum, omniumque juſtiſſimum, 621. VII.

— indictum a Conſtante in Conſtantium fratrem, niſi reſtituat Athanaſium, & Paulum, *Bar. t. IV.* 348. XIV. bellum navale Conſtantis imp. cum Sarracenis, *Bar. t. XI.* 654. VII.

— Conſtantii adverſus Magnentium, *Bar. t. IV.* 352. I.

— Gothicum ſub Valente triennale, *Bar. t. V.* 366. III. ſopitum, 370. LXVII. in Græcia per Stiliconem, *Bar. t. VI.* 395. XXIV. *& ſeq.* per Rhadagayſum confectum, 406. V.

— Honorii contra tyrannos, *Bar. t. VII.* 411. XXXVIII.

— Gildonianum in Africa, *Bar. t. VI.* 398. XXXV. ex S. C. decernitur, XLVI.

— Theodoſii bellum adverſus Eugenium, in quo pietas adverſus impietatem dimicat, *Bar. t. VI.* 394. I. *& ſeq.* ejuſdem Theodoſii adverſus Genſericum in Africa, *Bar. t. VII.* 431. CXL. *& ſeq.* bellum adverſus Maximum, & Theodoſii apparatus, *Bar. t. VI.* 388. LI. *& ſeq.* eodem decernit Theodoſius cum Maximo, LXI. movetur a Theodoſio imper. contra Wandalos, *Bar. t. VII.* 441. XVIII.

— Alarici adverſus Honorium imp. in Italia, *Bar. t. VII.* 403. L.

— Pollentinum, *Bar. t. VII.* 403. LII. quando cœptum, *ib.*

— Odoaceris, quo fugatur Fridericus, *Bar. t. VIII.* 488. X.

— Iſauricum Anaſtaſii imp. tempore, *Bar. t. VIII.* 492. XLI.

— Clodovei contra Arianos, *Bar. t. IX.* 507. XIII. cum Burgundionibus, 508. XXXII.

— a Juſtiniano imp. paratum in Gilimerem, *Bar. t. IX.* 530. X.

— Wandalicum meditatur Juſtinianus, antequam ipſum aggrediatur, 532. III.

— bellum & peſtis Conſtantinopolim urget, *Bar. t. X.* 558. I. Chra-

— Chramni ; in eo quæ ſuerint prænuntiata, *Bar. t. x.* 556. XLI.
— Francorum adverſus Longobardos, *Bar. t. x.* 590. L.
— inter ipſos Francorum reges *Bar. t. xi.* 601. XXX.
— Mauritio imp. illatum ab Avaribus, *Bar. t. x.* 593. LXXXIX.
— a Tiberio imp. geſtum contra Coſrhoem regem, *Bar. t. x.* 579. IV.
— Longobardorum, *vide*, Longobardi.
— in Africæ adverſus Phocam ab Heraclio paratur, *Bar. t. xi.* 609. VI.
— Sarracenorum adverſus Romanos, quando cœptum, *Bar. t. xi.* 631. I. eorumdem cum Bulgaris, *Bar. t. xii.* 717. I. vincuntur, *ib.* maris tempeſtate jactantur & pereunt, *ib.* ab eiſdem chriſtianis indicitur 718. II. adverſus Nicephorum imp. *Bar. t. xiii.* 805. I.
— Theodorici cum Theodoberto rege Francorum, *Bar. t. xi.* 613. V.
— Venetorum adverſus Longobardos, *Bar. t. xi.* 630. XVI.
— Boructuariorum cum Saxonibus, *Bar. t. xii.* 708. VII.
— inter Carolum Martellum, & Raginfridum, & Chilpericum regem, *Bar. t. xii.* 717. VI. bellum perpetuum Caroli Martelli cum Eudone, 720. II. *vide*, Eudo.
— ſervile in Hiſpania, *Bar t. xiii.* 770. XXII.
— Bulgaricum quando acciderit, *Bar. t. xiii.* 763. II. cum Leone imp. geſtum, *Bar. t. xv.* 893. IX. cum Conſtantino filio renovatur, 914. I. 917. IV.
— Caroli magni adverſus Saxones, *Bar. t. xiii.* 772. XX. quot annis duraverit, 782. IV.
— Britannicum cum Pictis, *Bar. t. vii.* 429. XVIII. cum ipſis Britannis feliciter a Carolo magno confectum, *Bar. t. xiii.* 789. VII.
— Hunnicum feliciter a Carolo magno conſummatum, *Bar. t. xiii.* 788. V. quot annis duraverit, *ib.* mire Francos ditavit, VII.
— Henrici ducis Forojulienſis adverſus Hunnos, *Bar. t. xiii.* 795. LXV.
— Nicephori imp. adverſus Arabes *Bar. t. xiii.* 803. II. ejuſdem cum Bulgaris, 811. I.
— Saxonicum, XXX. annorum ſpatio finitum, *Bar. t. xiii.* 804. VIII.
— Hiſpanicum cum Carolo magno, *Bar. t. xiii.* 812. XIV.
— Chriſtianorum adverſus Bulgaros, *Bar. t. xiii.* 813 III. eorumdem maximum contra infideles pro liberatione a Sepulcri, *Bar. t. xviii.* 1096. XI. & *ſeq.* 1097. CXLIV. & *ſeq.*
— a Theophilo imp. contra Sarracenos geſtum, *Bar. t. xiv.* 834. X.
— Fontanicum, *Bar. t. xiv.* 870. III.
— Caroli Calvi imp. contra Ludovicum nepotem quam infelix, *Bar. t. xv.* 876. XXVI.
— perpetuum inter Hugonem, & Albericum principem, *Bar. t. xvi.* 942. II.
— a diverſis geſtum. Henrici Pii contra Harduinum Longobardorum tyrannum, *Bar. t. xvi.* 1005. I. aliud Benedicti VIII. papæ contra Sarracenos Longobardiam occupantes, 1016. I. aliud ejuſdem contra Græcos, 1018. V. aliud continuum inter Cnutum Daniæ & Olavum Norvegiæ reges, 1028. VII. 1029. I. aliud Conradi imp. contra s. Stephanum Hungariæ regem, 1030. I. divinitus ceſſat, *ib.* aliud monachorum Caſſinenſium contra Northmannos, 1045. VI.
— Leonis IX. p. contra Northmannos, *Bar. t. xvii.* 1053. VII. aliud Conſtantini Ducæ imp. cum Uzicis varium, & tandem felix, 1065. LXIII. aliud Guillelmi Northmanniæ comitis contra Haroldum Angliæ tyrannum, 1066. VIII. aliud Græcorum contra Francos, & Perſas, 1073. XC. aliud Henrici Germaniæ regis cum Rodulpho, eidem rege, 1078. XIX. aliud Roberti Guiſchardi Northmannorum ducis contra Alexium imp. 1081. XIII. aliud ejuſdem navale contra eumdem, 1084. XIV aliud Mathildis comitiſſæ contra ſchiſmaticos Lrngobarcias, XV. XVI. catholicorum contra Henricum ſchiſmaticum imp. 1086. VI. aliud Mathildis contra eoſdem ſchiſmaticos, 1087. VI. Victoris III. p. contra Sarracenos, VIII.
— Tiburtinum cum Romanis, *Bar. t. xviii.* 1141. I.
— Romanorum cum Tuſculanis infauſtum, *Bar. t. xix.* 1167. I. eorumdem cum Germanis ſub urbe Roma, II. aliud cum Albanis, III. inter Henricos patrem, & filium reges Anglorum, 1173. VII. & *ſeq.* aliud Chriſtiani archiepiſcopi Moguntini pro Lucio III. p. contra Romanos, 1183. II. aliud impium Andronici tyranni & Græcorum contra Latinos Conſtantinopoli degentes, IX. X. XI. alia chriſtianorum cum infidelibus in Terra ſancta, *vide*, Expeditio.
— Othacheri regis Bohemiæ cum Othone rege, *Ray. t. i.* 1199. XXXVII.
— bellum Siculum inter Innocentium III. & Marcualdum, *Ray. t. i.* 1199. I.
— inter Philippum Francorum regem, ac Richardum, *Ray. t. i.* 1198. XXXII. & Joannem Anglorum regem, 1202. XXIII. 1203. LIV. 1204. LXVII. Henricus Dandulus dux Venetiarum Jadertinos expugnat, 1203. IV. Latinorum in Alexium, XII. XIII. in Murſiphilum, 1204. XII. in Vatacium, 1222. XXIV. cum Bulgaris, 1205. XIX. 1206. VIII. *vide*, Calojoannes. Aſanes. Theodori Laſcaris cum Turcis, 1209. XXX. Miramomelini adverſus Alphonſum Caſtellæ regem, 1212. XVII. Mediolanenſium cum Papienſibus, III. 1216. XXVI. cum Cremonenſibus, 1213. XVII. inter Leodienſes, & ducem Brabantiæ, XIII. Petri Aragonum regis in Montfortium, LIII. Theodori Angeli in Bulgaros, &c. *vide*, Theodorus Angelus Comnenus. Fridericus II. bellum infert Othoni, 1214. XVI. Inſubribus, 1226. I.
— inter Ludovicum VIII. Francorum. & Joannem Anglorum reges, *Ray t. i.* 1216. I. inter Erardum Bremenſem, & Theobaldum ducem Trecen. XLI.
— geſtum ab Alberto Waldemari Danorum regis nepote, *Ray. t. i.* 1223. XXVIII. Tartarorum in Georgianos, 1224 XVII.
— inter Gregorium IX. & Fridericum, *Ray. t. ii.* 1229. XXXII. Manfredum inter, & Innocentium IV. 1251. VI. 1254. LXIX.
— Latinorum in Vatacium, *Ray. t. ii.* 1233. V. 1238. I. cum Bulgaris, 1235. LI. *vide*, Calojoannes. Aſanes.
— Mediolanenſium cum Friderico, *Ray. t. ii.* 1236. XI. 1237. VII. VIII. *vide*, Theodorus. Angelus Comnenus. Fridericus II. bellum infert Inſubribus, 1236. XII. 1238. LXXI. Parmenſibus, 1247. X. pontifici, 1239. XXXIII.
— Tartarorum in Scythas, *Ray t. ii.* 1240. XL. in Polonos, 1241. I. in Bohemos, XII. in Ungaros, XVI. in Sarracenos, 1247. LXV. s. Ludovicus adverſus Theobaldum Campaniæ comitem movet bellum, *vide*, Theobaldus. adverſus Britanniæ comitem, 1219. LVI. & Angliæ regem, 1230 XXXI. 1242. XIII. & Marchiæ comitem, XII. & Sarracenos in Oriente, 1249. II. Florentinorum bellum cum Senenſibus, 1233. XXXV. & Piſanis, 1252. V. bellum Bohemicum inter Othacherum, & Premiſlaum, 1248. IX. inter Belgas, & Batavos, 1253. VII. inter Premiſlaum Bohemum, & Belam Ungariæ regem, XXVIII.

Re-

—— Regis Galliæ cum Toloſano comite quouſque duraverit, *in not. Ray. t. iii.* 305. pax firmatur, *ib.*

—— inter Piſanos, & Genuenſes quare excitatum, *in not. Ray. t. iii.* 29. 565. Genuenſium cum Venetis, *ib.* inſignem victoriam de Piſanis referunt Genuenſes, 582.

—— contra Turcas gerendum negant Novatores, *Ray. t. xii.* 1518. LXXVII. *& ſeq.* refelluntur eorum argutiæ, *ib.* ut liceat bello impios evertere, LXXX. bella chriſtianorum cum Mahometanis a s. Joanne expreſſa, LXXXI. vult Lutherus, ut chriſtiani a Turcis ſe profligari ſinant, LXXXIV.

—— a Julio III. contra Octavium Farneſium geritur, ejuſque ſucceſſus, *Ray. t. xiv.* 1551. XIII. ad XXII. legatus expeditionis decernitur cardinalis Joannes Angelus Medices, XIV. bellum Belgicum, 1553. XXVIII. 1554. XX. Senenſe, 1553. XVII. bellum a Lutheranis contra Cæſarem inchoatur, 1552. XXV. Pauli IV. contra proregem Neapolis, 1555. LXXII. 1557. V. *& ſeq.* Parmenſis belli cauſa Julio III. pontifici Maximo a quibuſdam tributa, *in not. Ray. t. xiv.* 414. non in pontificem, ſed in Didacum Mendozum Cæſareum apud eundem oratorem ab aliis refertur, *ib.*

Bendia rex Mingreliæ educere in Mahometem ſexaginta millia hominum ſpondet, *Ray. t. x.* 1459. XLIX. legationem mittit ad Pium II. 1460. CI.

Bendocdar Sultanus Babylonius dictus Melec Badavar chriſtianos affligit, *Ray. t. iii.* 1263. I. Bethleem evertit, *ib.* Cæſaream dolo capit, 1265. xxviii. Caipham arcem expugnat & Arſur, *ib.* Ptolemaidem in diſcrimen adducit, *ib.* Azoto vi potitur, *ib.* magnam chriſtianorum multitudinem martyrio afficit, *ib.* ſollicitatur in eum Aytonus Armeniæ rex, XL. Tartaros ſeptentrionales concitat in Abagham ad diſtrahendas illius vires, ne Syriæ ſuccurrat, XLVII. arcem Saphet expugnat, 1266. XLI. magnam chriſtianorum multitudinem Chriſtum detrectantem abjurare martyrio afficit, *ib.* minoritas duos, qui ſuaſerant conſtantiam, excoriat, *ib.* Occidentales reges, ac principes in eum a Clemente IV. ſollicitat, XLIII. Hugonem e Liſignano fundit, XLVI. Armeniam vaſtat, XLVII. Aytoni Armeniæ regis filium alium capit, alium necat, *ib.* Caypham proditione expugnat, 1268. LIV. & arcem Belfort, *ib.* item Antiochiam, *ib.* ſeptemdecim hominum millia in ea cadit, & centum millia redigit in ſervitutem, *ib.* Ptolemaidem arctiſſima obſidione premit, 1270. XXV. ab Eduardo Henrici Angliæ regis filio propulſatur, *ib.* duas arces noſtris eripit, xxvi. regem Armeniæ ad pacem flagitandam adigit, xxvii. Livonem filium Armeno reſtituit, *ib.* Turciam ſubigit iterumque amittit, XXVIII. inducias chriſtianis negat, & qua de cauſa, 1271. XX. inſignis illius in chriſtianorum pueros crudelitas, 1272. XIV. Armeniam vaſtat, 1275. LI. funditur a Tartaris, ac vulneribus, morboque perit, 1277. XVIII. ejus obitus quo anno, *in not. Ray. t. iii.* 398.

Benedicere Deo in ſecundis menſis Judæorum & Gentilium mos, *Bar. t. i.* 34. CCXV.

Benedicta martyr Romæ ſub Juliano, *Bar. t. v.* 362. CCLIII.

Benedicti Pererii opinio de tempore baptiſmi Chriſti, *in app. Bar.* CVI. ejuſdem opinio de abominatione deſolationis, *Bar. t. i.* 68. LI.

Benedicti presbyteri tres concilio ſub Eugenio p. II. interfuerunt, *Bar. t. xiv.* 826. II.

Benedictini Caſſinates ornantur privilegiis a Gregorio IX. *Ray. t. iii.* 1231. XXIV. Caſſinenſis monaſterii primordia a s. Zachariæ p. diplomate, XXV. de illius excidio, & inſtauratione, XXVI. Benedictinis datur privilegium a s. Stephano Ungar. rege, 1232. XXIV. niſi anno vigeſimo ætatis vota nuncupare vetiti, 1238. XL.

Benedictio quomodo traderetur apud Hebræos *Bar. t. i.* 34. CCXV. cum ſigno crucis ex traditionibus apoſtolicis, *ib.* ſponſi, & ſponſæ, 57. XLVII. benedictio frugum unde, *Bar. t. iii.* 283. XV. benedictiones a ſanctis dantur catholicis, & non hæreticis, *Bar. t. ix.* 513. XXX. benedictio s. Remigii impertita Francorum regibus, 514. XXVI. ſimiliter trium epiſcoporum eiſdem impertita, *ib.* Æmonis Archiepiſcopi Bituricenſis ad populum in concilio ſecundo Lemovicino congregatum, *Bar. t. xvi.* 1034. XIV. de benedictionibus hæreticorum non participabant catholici, *Bar. t. x.* 583. L. benedictiones multiplices Stephani p. erga Pipinum, *Bar. t. xii.* 756. X. benedictionis effectum, non ſacerdotis meritum, ſed invocatio divini nominis miniſtrat, *Bar. t. xvii.* 1063. XV. ejuſdem variæ ſignificationes in ſacra ſcriptura, XVI. benedictio pro conſecratione uſurpatur, *Pag. t. xvii.* 1049. VI. *& ſeq.* tam de imperatore, quam de epiſcopo dicitur, *ib.* benedictio papalis; ex luſtrali edito a pontifice crucis ſigno indulgentiis decorati, *Ray. t. iv.* 1297. LXX. ſcripſit Uſumcaſſan rex Perſarum ſe apoſtolicæ benedictionis beneficio tres florentiſſimas victorias reportaſſe, *Ray. t. x.* 1471. XLIX. eam a Paulo ſecundo efflagitat, *ib.*

Benedictus Bonoſus Romanus fit p. *Bar. t. x.* 564. III. quanto tempore ſederit, 577. I. fecit unam ordinationem, *ib.* ejus epiſtola ad David epiſcopum de myſterio Sanctiſſimæ Trinitatis, *ib.* ejus tempore s. Gregorius adhuc non exercuit monaſticam vitam, *ib.* fit pontifex Romanus, *Pag. t. x.* 573. II. moritur 577. II.

Benedictus II. papa, creatur, *Bar. t. xii.* 784. II. liberavit Romanam eccleſiam a tyrannide Orientalium principum de confirmando pontifice, *ib.* ejuſdem epiſtolæ in Hiſpaniam miſſæ, III. recipit in ſuos filios natos Conſtantini Pogonati imp. VII. ordinatur pontifex Romanus, *Pag. t. xii.* 684. VIII. ejus epiſtola Petro Regionario inſcripta germana eſt, IX. non item ejus ad Ervigium Hiſpaniarum regem epiſtola, X. parat reſtituere ſedem Macario hæretico ſi reſipiſcat, *Bar. t. xii.* 685. VIII. exigit ab Hiſpanis epiſcopis declarationem ſuorum ſcriptorum, VII. ejuſdem reliquæ res geſtæ, IX. ejus obitus, IV. & *Pag. ib.* V. ejus ad Hiſpaniæ epiſcopos epiſtola, VI. defenditur a calumnia Roderici epiſcopi Toletani, *Bar. ib.* V. temere ſugillatus a Juliano epiſcopo Toletano, 688. III.

Benedictus papa III. ab Hincmaro Rhemenſi archiepiſcopo exceptos confirmat ſynodum Sueſſionenſem, *Bar. t. xiv.* 853. XIV. ejus de confirmatione ſynodi Sueſſionenſis epiſtola per Hincmarum corrupta, XV. *& ſeq.* ſuccedit Leoni IV. 855. XXXVI. ejus patria, & parentes, *ib.* eligitur pontifex Romanus, *Pag. t. xiv.* 855. X. conſecratur coram imperialibus miſſis, *ib.* ab Anaſtaſio antipapa e ſede opera legatorum imperatoris ejicitur, & reſtituitur, *Bar. ib.* XXXVI. ejus virtutes & ſub diverſis pontificibus ad dignitates progreſſus, *ib.* cum lacrymis ſe ab onere pontificatus eximere conatur, XXXVII. legatos ad imperatorem mittit cum literis, XL. juſſu Anaſtaſii e ſede depellitur, veſtibus ſacris ſpoliatur & verberibus afficitur, XLII. in carcerem conjicitur, *ib.* cum ſumma celebritate e carcere in baſilicam, ad præſepe ducitur, XLVI. ſchiſmaticos ad ſe cedentes humaniter ſuſcipit, *ib.* in ſolium patriarchale reſtituitur, XLVII. laudatur a bonis naturæ, *ib.* quæ dona diverſis Urbis eccle-

ſis ſui pontificatus exordio contulerit, XLIX. 858. II. legatos cum muneribus Conſtantinopoli venientes accipit, 856. VI. acta ſynodalia in depoſitione Gregorii Syracuſani habita ab Ignatio patriarcha tranſmiſſa confirmat, VII. literas conſultatorias accipit a Lupo Ferrarienſi, VIII. literas comminatorias dat contra Hubertum ſubdiaconum prædatorem ad epiſcopos Galliarum, XXIII. monaſterio s. Dionyſii privilegium concedit, *Pag. t. xiv.* 857. VIII. moritur, 858. I. & *Bar. t. xiv.* 858. I. tempus ſedis ejus colligitur, *ib.* varia dona, & ornamenta diverſis eccleſiis ab ipſo collata, *ib.* ejuſdem conſtitutio VII. ordinationem unam habuit, & quot ea creaverit, *ib.* ſepultus in baſilica Vaticana VIII. prudenter ſynodum Sueſſionenſem cum conditione confirmavit, *Bar. t. xv.* 866. LVII.

Benedictus IV. papa Joanni IX. ſuccedit, *Bar. t. xv.* 905. XIII. Romanus patria, patre Mammolo oriundus, *ib.* moritur, 907. I. ejuſdem ſepulture & epitaphium, *ib.* & *ſeq.* fit pontifex Romanus, *Pag. t. xv.* 900. XXIII. & *ſeq.* Ludovicum Provinciæ regem imperatorem coronat, XIV. & *ſeq.* Argrinum Lingonenſem epiſcopum in eccleſiæ ſuæ jura reſtituit, XXIV. moritur, 903. I.

Benedictus V. creatur pontifex, *Bar. t. xvi.* 964. XVII. Romanor contra imp. impetus animat, *ib.* a civibus penuria coactis imperatori deditur, XVIII. in pſeudoſynodum introductus a Benedicto cardinali archidiacono verbis amaris agitatur, XIX. ſacris veſtibus a Leone papa nudus, diaconus manere permittitur, & in exilium exturbari jubetur, XX. in Saxoniam ab Ottone imperatore abductus, Adaldago Hamburgenſi cuſtodiendus committitur, 965. XX. ejus laus a doctrina, *ib.* quomodo martyr cenſendus ſit, *ib.* in exilio obiit, *ib.* Romam transfertur, 999. XV. quænam Saxonibus de ſui corporis tranſlatione prophetaverit, *ib.* idem fit papa, & deponitur, *Pag. t. xvi.* 964. III. exul in Germaniam mittitur, IV. 965. I. Hamburgi moritur, *ib.* ejus epitaphium recens, *ib.* oſſa ejus Romam transferuntur, 999. IX. idem fuit legitimus pontifex, *ib.*

Benedictus VI. Romanus pontifex creator, *Bar. t. xvi.* 972. II. a Bonifacio cardinali nequiſſimo capitur, & in carcerem conjicitur, 974. I. ſtrangulatur, *ib.* ſuccedit Joanni XIII. in pontificatum Romanum, *Pag. t. xvi.* 972. I. occiditur, 974. I. diuturnior pontificatus ei perperam aſſignatur, 975. IV. ejuſdem ſedis tempus ex Regeſto Sublacenſi, *in not. Bar. t. xvi.* 223. hac in re fallit Vaticanus codex, *ib.*

Benedictus VII. papa creatur, *Bar. t. xvi.* 974. II. Bonifacium invaſorem Roma cedere compellit, 975. I. Sergium epiſcopum Damaſcenum a Sarracenis ejectum humaniter excipit, IX. eidem eccleſiam s. Bonifacii, ſive Alexii colendam confert, 977. I. concilium Romæ ad cauſam Giſeleri Magdeburgenſis epiſcopi diſcutiendam convocat, 983. XVII. s. Adalberto Pragenſi epiſcopo facultatem concedit epiſcopatui renunciandi, XX. moritur, 984. I. ejus epitaphium, *ib.* quæ Caſſinenſi monaſterio donaverit, II. conſtituit, ut caneretur ſymbolum in miſſa, *Bar. t. vii.* 447. XXIII. confirmavit libertates monaſterii Gemblacenſis, petente Ottone II. imp. *Pag. t. xvi.* 946. III. & *ſeq.* non ſucceſſit Bonifacio VII. 974. I. pontifex Romanus creatur, 975. III. ſynodum celebrat, in qua Bonifacium VII. excommunicat, V. ad epiſcopos Germaniæ ſcribit de Hungarorum converſione, 979. VI. & *ſeq.* Salisburgenſis, & Laureacenſis Metropoleon diviſionem confirmat, VIII. Romæ concilium celebrat, 983. IX. & *ſeq.* moritur, 984. I.

ejuſdem annorum epocha recenſetur, illiuſque ſedis tempus illuſtratur, & unde, *in not. Bar. t. xvi.* 223. & *ſeq.* ejus obitus ex Cod. Vat. 272.

Benedictus VIII. papa ſuccedit Sergio III. & quando, *Bar. t. xvi.* 1012. II. & *ſeq.* quæ diplomata dederit, & quibus, III. & *ſeq.* pulſus ſede ad Henricum regem in Saxoniam contendit, VI. ab eodem Romam veniente reſtituitur, 1013. IV. videt per viſum figuram diadematis imperialis & quomodo fabricaverit illud, V. Henricum regem imperatorem pronuntiat, impoſita ipſi eadem corona per viſum oſtenſa, VI. pallium mittit Uvano Hamburgenſi archiep. VII. creat Henrici imp. uxorem Chunegundam imperatricem, 1014. I. imperatorem cum imperatrice cœna excipit, *ib.* Arnolphum imperatoris fratrem reſtituit in ſede Ravennate, II. Ethebertum invaſorem ejicit, & alteri eccleſiæ præficit, *ib.* ſynodali judicio quatuor clericos deponit, *ib.* ſuaſu Henrici Pii imperatoris primus omnium inſtituit, ut ſymbolum poſt evangelium cantaretur in Romana eccleſia, 1014. V. accipit privilegium ab eodem de bonis Romanæ eccleſiæ, VI. & *ſeq.* plurimum coluit ſanctos Odilonem, & Romualdum abbates, XVI. contra Sarracenos expeditionem movet, 1016. I. victoriam conſecutus partem prædæ imperatori mittit, *ib.* regi Sarracenorum mittenti ſibi bellum novum, & ſaccum caſtanearum mittenti marſupium milio plenum remittit; & quare, *ib.* ſynodum in Laterano celebrat, 1016. V. curat Judæos decollari, qui Salvatoris imaginem die veneris ſancto, & ſabbato deluſiſſent, 1017. V. Rodolphum Northmannum excipit, & contra Græcos ducem creat, 1018. I. proficiſcitur in Germaniam ad Henricum imp. & quare, 1019. I. & *ſeq.* dedicat eccleſiam Bambergæ in honorem s. Stephani, *ib.* monaſterium Caſſinenſi quæ offerat, 1022. XIII. Guidonem Aretinum monachum muſicæ inſignem profeſſorem ad ſe vocat, XX. ſacras reliquias e Laterano ſumptas ad monaſterium Caſſinenſe dirigit, 1023. I. moritur, & pœnis Purgatorii ſe adjudicatum per s. Odilonem liberari petit, 1024. I. & *ſeq.* idem fit pontifex Romanus, *Pag. t. xvi.* 1012. I. s. Henricum imp. coronat, 1014. I. Benedicti conſilio Leothericus Senonenſis archiep. Senonenſem urbem Roberto regi tradit, 1015. III. Benedictus Meli Normannos in Apuliam evocantis conſilia promovet, 1016. VII. Sarracenos ex Hetruria pellit, X. in Germaniam proficiſcitur, & ab Henrico imp. Bambergæ recipitur, 1019. I. ejus profectionis cauſa, II. Bambergenſem s. Stephani eccleſiam dedicat, 1011. I. 1019. II. moritur, 1024. I. exordium ejuſdem in pontificatu ſtabilitum, *in not. Bar. t. xvi.* 474. Theophilus nomen geſſit, 475. ejus in Germaniam profectio quo anno conſignanda, 515. paſcha Bambergæ cum imp. celebravit, *ib.*

Benedictus IX. qui & Theophilactus, Alberici comitis Tuſculani filius, puer duodecim annorum, largitione patris pontifex in ſedem Romanam intruditur, *Bar. t. xvi.* 1033. III. & *ſeq.* ab orbe chriſtiano pontifex legitimus agnoſcitur, VII. pallium dat Hermanno archiepiſcopo Hamburgenſi, *ib.* 1034. XXVII. creat s. Odilonem archiepiſcopum Lugdunenſem, *ib.* pallium mittit ad Alebrandum Hamburgenſem epiſcopum, 1036. I. Cremonam ſe confert ad Conradum imp. 1037. I. refert in album ſanctorum s. Simeonem anachoretam apud Treviros, II. cum imp. Romam redit, 1038. I. confirmat privilegia monaſterii Caſſinenſis, IX. decernit de pœna Brzetiſlao ſacrilego Bohemiæ duci & Severo Pragenſi epiſcopo infligenda

genda, 1039. III. & ſeq. de petitione legatorum Poloniæ pro reſtituendo Caſimiro auxios conſilium capit, 1041. X. eorum precibus annuit, & Caſimirum a religionis voto abſolutum conditionaliter illis reſtituit, & cum pacto, ib. & ſeq. pallium mittit ad Adalbertum Hamburgenſem archiepiſcopum 1043. I. ſchiſma patitur a Silveſtro III. 1044. II. ob turpitudinem ſuam ſede pellitur, ib. ſedem rurſus occupat, & Silveſtrum antipapam rejicit, ib. ſponte ſe pontificatu abdicat, ib. privilegium dat Popponi patriarchæ Aquilejenſi de ſubjectione civitatis Gradenſis, & rogatu datur Venetorum revocat, 1044. III. s. Bartholomæum Cryptæ Ferratæ abbatem ad ſe vocat, IV. ejuſdem ſuaſu ſedi renuntiat, ib. idem Benedictus ordinatur pontifex Romanus, Pag. t. xvi. 1033. IV. & ſeq. ſimoniacus fuit & pravis moribus imbutus, IV. VII. s. Simeonem Syraculanum in ſanctorum numerum retulit, V. e ſede dejicitur, 1038. II. in ſedem a Conrado rege reſtituitur, II. & ſeq. permittit Caſimirum monachum, & diaconum in regnum Poloniæ reſtitui, & uxorem ducere, 1041. V. pontificatu pellitur, 1044. I. pontificatum vendit, ib. Romæ ſedit eodem tempore, quo Silveſter III. & Gregorius, VI. ib. ſæpe pontificatum reſumpſit, II. ad pontificalem cathedram quando aſcenderit, in not. Bar. t. xvi. 596. concilium Romæ celebrat, 651. in eo quid actum, ib. ejus obitus, 156. rurſus ſedem apoſtolicam occupat mortuo Clemente II. Bar t. xvi. 1047. XVI. item Damaſo II. 1048. I. quæ tormenta poſt mortem ſuſtinuerit 1054 LIV. Velo cuidam apparens ſe damnatum aſſerit, LIV. LV. in ſynodo Sutrienſi depoſitus fuit, Pag. t. xvii. 1046. I. pontificatum iterum invadit 1047. VIII. ex eo pellitur, 1048. I.

Benedictus X. antipapa Romanam ſedem invadit, Pag. t. xvii. 1058. VI. VIII. in concilio Sutrienſi deponitur, 1059. I.

Brunus epiſcopus Præneſtinus confirmat diploma Nicolai II. papæ monaſterio s. Felicitatis datum, *Bar. t. xvii.* 1060. III.

s. Brunus; illius reliquiæ ab Honorio III. in locum honorificentiorem transferri juſſæ, *Ray. t. t.* 1224. XLVI.

Brutia vina grata, *Bar. t. x.* 591. XL & *ſeq.*

Brutii a calumnia liberantur, *Bar. t. i.* 34. LXXXV. eos ad inferendas pœnas a Romanis deſtinatos, & cur, *ib.* ipſos ſubegit Totilas rex, *Bar. t. ix.* 543. XII.

Brutium corrige in s. Gregorio pro Britannia, *Bar. t. xi.* 601. IX.

Brutius ſcriptor martyrum chriſtianorum ſive Evutius, *Bar. t. i.* 98. II.

Bruxella Belgii urbs, inſignis ob edita prodigia divinitus ab Euchariſtia, quæ a Judæis tranſfoſſa ſanguine manavit, *Ray. t. vii.* 1379. LIX.

Brynolphus Scharenſis epiſcopus magno animi ardore jus eccleſiaſticum propugnat, *Ray. t. iv.* 1290. XLVI. magnus Sueciæ rex veniam petiturus ad illius genua accidit, *ib.* vitæ ſanctitate, & miraculis clarus, *Ray. t. viii.* 1416. XXII. de eo in ſanctorum numerum referendo actum in concilio Conſtantienſi, *ib.*

Brzetiſlaus Bohemorum dux infeſtis ſignis Poloniam vaſtat & diripit, *Bar. t. xvi.* 1036. III. eccleſiam Gneſnenſem direpturus cæcitate per triduum cum ſuis percutitur, 1038. XIV. corporibus ſanctorum eamdem eccleſiam ſpoliat; & quinam illi ſancti fuerint, 1036. III. a Stephano illius eccleſiæ archiepiſcopo accuſatur apud Romanum pontificem, 1039. III. per legatos Romam directos ſe excuſat, V.

Bubali Conſtantinopolim ingreſſi portentoſe diſſipantur, *Bar. t. xiv.* 862. VII. unus ex illis eccleſiam præcipuam petit, & ad ambonem pervenit, *ib.* quodnam hoc ſit judicatum portentum, *ib.*

Buccaporcina nobilis Romanus pro liberatione Gelaſii II. p. a Cencio Frangipane capti arma corripit, *Bar. t. xviii.* 1118. VII.

Buccina belli ſacri Urbanus II. p. *Bar. t. xviii.* 1095. XXXIV. XLIII. & *ſeq.*

Bucelinus dux Francorum, *Bar. t. x.* 555. XII. cum Francis victus a Romanis, XIV.

Bucerus apoſtata Franciſcum Sichingium impellit ad Lutheranam hæreſim armis propagandam, *Ray. t. xii.* 1524. XLII. idem Lutheranos cum Zuinglianis conciliare annititur, *Ray. t. xiii.* 1534. XLIII. *vide*, Martinus Bucerus.

Bucherianus catalogus caſtigandus in annis, & menſibus pontificatus s. Dionyſii, *in not. Bar. t. iii.* 183. quot anni pontificatus in eodem tribuantur Stephano, 75.

Bucicaldus Gallorum regia juſſu antipapam inſignia pontificia deponere detrectantem obſidione cingit, *Ray. t. viii.* 1398. XXIV. cardinales qui ſubſiſterant cum antipapa colloqui ſpe-

cie

cie abducit, *ib.* ſoluta obſidione Avenionenſi in Turcas mittitur, 1399. V. repreſſis barbarorum excurſionibus ſtipendiorum inopia paolo poſt redit, *ib.* Cyprium regem opprimere tentat ſacri in Sarracenos belli ſpecie, 1401. XVI. laceſſit Venetos, *ib.* omiſſis Turcis Venetas naves adoritur, atque ab iis funditur, 1403. XXVI. inter alia convenit Gregorius cum Petro e Luna, ut Bucicaldus Genuæ præfectus amandaretur in Gallias, 1407. XII. ipſe ad Romam intercipiendam claſſem cum antipapa dirigit, 1404. IV. divinitus retardati ejus impetus, *ib.* Genuam amittit, dum Mediolanum affectat, 1409. VIII.

Bucolinus tyrannidem corripit in Auximanos, *Ray. t. xi.* 1486. XXX. Turcas evocat, *ib.* ante eorum adventum obſidione cinctus, 1487. V. quæ promiſerit Bajazethi ſi exercitum mitteret, *ib.* acceptis ſeptem aureorum millibus Auximum reſtituit, VII. Florentiæ convenit Laurentium Medicæum, a quo blanditiis victus fuerat, *ib.* accitus a Mediolanenſi duce præter ſpem, ut proditor chriſtiani imperii necatur, *ib.*

Bucolicum bellum ſub Marco Aurelio, & Lucio Vero quo anno ſuſceptum, *Pag. t. ii.* 166. V. & 168. IV.

Buda expugnata a Solymano, *Ray. t. xii.* 1526. VI. eadem obſeſſa fruſtra a Ferdinando rege, *Ray. t. xiii.* 1530. CLXXXVI. & 1541. XLVI. occaſionem illius potiundæ præ inani gloria Roccandulphus Germanorum dux amittit, *ib.* a Solymano occupatur, XLVII.

Buddas diſcipulus Manetis Magiſtro impietate non impar, *Bar. t. iii.* 277. XVIII.

Budenſe concilium, *Ray. t. iii.* 1279. XXXIV. Ladiſlaus rex ſe in ſynodo Budenſi diſturbanda deliquiſſe profitetur, 1280. VIII.

Buggan regis Cantiæ cognata, *Bar. t. xii.* 719. XIV. ejus epiſtola ad s. Bonifacium, *ib.* oblationes miſſarum pro propinqui ſui anima a Bonifacio expoſcit, *ib.* apud Anglos abbatiſſa, XV. Romam pietatis ergo vadit, 725. XVI. in matris demortuæ locum ſuccedit abbatiſſa; præfectura abdicata, Romam adire in ſenectate cogitat, XXII. ad limina apoſtolorum habitare proponit, *ib.* eadem etiam Eadburga dicta, XX. ejus ad s. Bonifacium epiſtola, XXIII. cum Wictburga uno nutricum ſinu educata, XXIV. ſanctas reliquias a Bonifacio petit, *ib.* s. Bugga, ſeu Eadburga floret, *Pag. t. xii.* 725. XIII.

Buggo quidam defertur ob malitiam a legato apoſtolicæ ſedis ad papam, *Bar. t. xvii.* 1081. XII.

Bugia in Africa urbs regia a Petro Navarro impetu expugnata, *Ray. t. xi.* 1510. XXX.

Buguli quo anno, & die concil. celebratum, *in not. Bar. t. xix.* 76. quis hujus concilii mentionem faciat, *ib.* omnes collectores hoc conc. latet, *ib.*

Bulgari Hunni dicti, *Pag. t. xiii.* 817. XX. earum nomen quo tempore in Oriente primum auditum, *Pag. t. viii.* 499. IV. eorum converſionis epocha, *Pag. t. xiv.* 844. II. *& ſeq.* & *t. xv.* 866. I. III. ejuſdem converſionis occaſio, *Pag. t. xiv.* 861. X. Bulgari ſordidi, *Bar. t. xvii.* 1171. XXI. invadunt Thraciam, *Bar. t. viii.* 499. XII. ſuperant Anaſtaſiam imp. *ib.* eis datur multum auri ab imperatore, *ib.* devaſtant Thracias, & ſuperantur a Theodorico, *Bar. t. ix.* 502. XXXVIII. ab eodem vincuntur, 504. I. eorum agmine pugnat Vitalianus dux, 514. XLI. in ditiones Romani imperii excurrunt, *Pag. t. ix.* 501. VII. juncti fœdere cum Longobardis, *Bar. t. x.* 568. III. iterum irruptionem faciunt, *Pag. t. x.* 1558. III. in proprias ſedes redire coguntur a Beliſario, IV. *& ſeq.* non ſunt diverſi ab Hunnis, VII. in Romanos a Chuſroe immiſſi, *Bar. t. xi.* 625. I. pacem ineunt cum imperatore, 678. XII. ipſorum irruptio prima, *ib.* vincunt Juſtinianum imp. *Bar. t. xii.* 706. I. a Sarracenis bello tentati, 717. I. Sarracenos fugant, *ib.* XXII. millia Sarracenorum trucidant, III. Conſtantinum Copronymum imp. ad propria cum dedecore redire compellunt, *Pag. t. xii.* 759. XV. eorum belli cum Scythis tempus, *Bar. t. xiii.* 763. I. a Conſtantino Copronymo vincuntur, *ib.* & *Pag. ib.* & 774. XX. eorum princeps Copronymum fallit, *ib.* quæ fuerint horum primitiæ ad religionem chriſtianam, 777. I. & *Bar. ib.* I. Conſtantinum imp. Irenes filium vincunt, 791. I. & *Pag. ib.* I. Sardicam civitatem dolo capiunt, *Bar. t. xiii.* 808. XXI. Romanos cædunt, *ib.* bellum cum Nicephoro imperatore gerunt, 811. I. & eum interficiunt, III. caput ipſius quaſi ludibrio reſervant, IV. multis vulneribus conficiunt Stauratium Nicephori imp. filium, VI. ipſis bellum infertur a chriſtianis, 813. III. Michaelem imp. in fugam vertunt, *ib.* ad Hadrianopolim oppugnandam properant, VI. Conſtantinopolim obſident, *ib.* Hadrianopolim expugnant, VII. eorum regum ſucceſſio, VIII. Græcos ſemel, & iterum vincunt, *Pag. t. xiii.* 811. I. 813. I. IV. de pace cum Græcis fruſtra agunt, 812. V. *& ſeq.* Conſtantinopolim obſident, 813. VIII. Adrianopolim expugnant, IX. eam deprædantur, 814. VIII. cum Græcis pacem faciunt, 817. XIX. datæ ipſis terræ a Romanis, Michaele imperatore annuente, *Pag. t. xiv.* 861. XI. Michaeli imp. auxilio ſunt contra Thomam tyrannum, 822. XI. eidem ſponte ſubveniunt, *Bar. t. xiv.* 828. VIII. Conſtantinopolim ab obſidione liberant, *ib.* multos Romanos captivos detinent, 825. LXIV. Francorum fines invadunt, 828. XXXIV. fame vexantur, 845. VI. pro ea depellenda Deum chriſtianorum invocant, *ib.* obtento auxilio in Chriſtum credunt & baptizantur, *ib.* Græcis a Romana eccleſia deficientibus accedunt, *Bar. t. xv.* 866. I. præliantur inter ſe, & quare, IV. decepti a græco quodam, ſacerdotem ſe aſſerente, quam pœnam ab eodem expetierint, V. patriarcham ſibi dari petunt, ſed non obtinent, VI. ut crucis vexillo loco equinæ caudæ in bello utantur, a Nicolao papa ſuadentur, VII. conſuetudo eorum in procedendo ad bellum qualis, *ib.* a Nicolao papa mutatur, *ib.* baptizantur a legatis apoſtolicis, 867. I. tentantur a Græcis, ut a Romana eccleſia deficiant, 869. LXXVI. primum epiſcopum a Græcis accipiunt, 870. LII. a Baſilio imp. domiti, 886. VIII. cum Leone Baſilii filio bellum crudeliſſimum renovant, 893. IX. ad obedientiam eccleſiæ Romanæ, *ib.* Conſtantinopolim obſident, 914. I. pace inita, & muneribus acceptis domum revertuntur, *ib.* bellum renovantes primo victi, poſtremo victores evadunt, 917. IV. Conſtantinopolim obſidentes fugantur, *ib.* ruſus Conſtantinopolim cingunt, & ſuburbiis gravia damna inferunt, 928. IV. rebellant adverſus regem chriſtianum, *Pag. t. xv.* 866. III. prædicatores recipiunt a Nicolao papa miſſos, V. eos a ſedis Romanæ ſubjectione avertere conantur imperatores Græci, & Photius, 867. III. *& ſeq.* de iiſdem controverſia poſt octavam ſynodum agitata, 869. XIX. Latinos epiſcopos ejiciunt, & Theophilactum archiepiſcopum recipiunt, 870. XXI. Leonis ſapientis imp. duces profligant, 893. IV. inſignem, ſed cruentam de Hungaris victoriam reportant, 896. X. cum Græcis pacem faciunt, XII. alterius belli ipſorum cum Græcis origo, 912.

912. III. Conſtantinopolim uſque excurrunt, & Adrianopolim capiunt, 914. II. Græcos magna clade profligant & Adrianopolim rurſus capiunt, 917. II. Conſtantinopolim obſident, & quo anno, III. & ſeq. 928. V. cum Græcis pacem faciunt, 927. VII. a Joanne Zemiſce imp. vincuntur, *Bar. t. xvi.* 971. XV. duce Samuele rege Græciam infeſtant, 981. I. a Nicephoro Phoca imp. bello appetuntur, *Pag. t. xvi.* 965. XVI. a Sphendoſthlabo Ruſſorum rege debellantur, 968. IX. Nicephori Phocæ legationem ſuſcipiunt, 969. I. Chriſti fidem profitebantur, *ib.* ipſorum Regia cum eorum rege a Joanne Zemiſce imp. expugnatur, 971. IX. & ſeq. eorumdem rex Samuel Græcorum terras devaſtat, 973. XII. 981. II. Baſilium imp. fugant, 981. II. ab Ureno Baſilii imp. duce profligantur, 995. VI. a Baſilio imp. ejuſque ducibus ſæpius victi, 1001. IV. a Baſilio vincuntur, & quindecim millibus eorum captivis oculi eruuntur, 1014. VII. ad conjunctionem Rom. eccleſiæ invitati a Nicolao IV. *Ray. t. iv.* 1291. XXXVIII. os ipſorum archiepiſcopus in Conſtantinopolitana ſynodo aſſenſerit in primatu Romanæ eccleſiæ profitendo, XXXIX. Orthodoxæ fidei forma propoſita, *ib.* Bulgari ſchiſmatici minoritas martyrio afficiunt, *Ray. t. vii.* 1368. XVIII.

Bulgaria nova; ejus exordium, *Pag. t. xi.* 678. IV.

Bulgaria pervaditur a Servis, ſeu Corvatis & diſturbatur, *Bar. t. xvii.* 1073. LXXXII. ipſa ad Rom. eccleſiæ obſequium redit, *Ray. t. i.* 1204. XXX. a Ludovico rege Ungariæ domita, *Ray. t. vii.* 1366. XI. propagata in ea fides catholica, *ib.* amplificata eadem fides a Ludovico ſupradicto, 1368. XVIII. ejuſdem regis jugum excutit, *ib.* Bulgariæ regina ad fidem converſa, 1370. V. Bulgaria Græcorum imperio ſubjicitur, *Pag. t. xvi.* 973. VIII. & ſeq. ejuſdem regnum poſtea reſtauratur, XII. & Baſilio imp. deditur, 1018. VII.

Bulgarica eccleſia affligitur a Servis, *Bar. t. xvii.* 1073. LXXXII.

Bulgarus doctor Bononienſis avocatur a Friderico imp. ad determinanda imperii jura, & regalia ipſi competentia, *Bar. t. xix.* 1158. VII. negat imperatorem proprie mundi eſſe dominum, *ib.* egregie ludit ob amiſſum judicio equum, VIII. laudatur a probitate, 1159. X.

Bulla aurea Alexii Comneni imp. de non tollendis eccleſiarum ornamentis, *Bar. t. xvii.* 1082. X. & ſeq. alia item Manuelis Græcorum imp. MEDICATRIX dicta, de reſtitutis religioſorum locorum bonis a ſe quondam ablatis, *Bar. t. xix.* 1148. XLII. *vide*, Diploma, & Privilegium.

Bulienſis Salvatoris eccleſia Pariſiis ob inſigne miraculum condita, *Ray. t. iv.* 1290. LIV.

Bullingerus librum contra concilium ſcribit, *Ray. t. xiv.* 1561. VI.

Bulredus rex Merciorum patria pellitur, *Bar. t. xiii.* 805. IV. Romam aufugit, *ib.* ibique moritur, *ib.* ubi ſepultus ſit, *ib.*

Bultinus confirmavit jurejurando ſe bella geſturum pro Gothis, *Bar. t. x.* 555. XV.

Buothardus, qui & Ruothardus, vel Buothas archiepiſcopus Moguntinus auctor eſt Enrico regi Germaniæ reconciliandi Saxones Romanæ eccleſiæ, *Bar. t. xviii.* 1105. II. ejuſdem auxilio in ſedem Moguntinam reſtituitur, V. Moguntinos eccleſiæ Romanæ reconciliat, *ib.*

Buptus Bremenſis epiſc. intereſt Romanæ ſynodo contra Joannem XII. congregatæ, *Bar. t. xvi.* 963. XII.

Buraburgenſis epiſcopatus a s. Bonifacio inſtituitur, *Pag. t. xii.* 741. XXII. poſt inſtitutum epiſcopatum Paderbonenſem in illum coaluit, *Pag. t. xiii.* 795. X.

Borchardus primus Wirzburgenſis epiſcopus a s. Bonifacio conſtituitur, *Pag. xii.* 741. XXII. 748. IV. Romam ad Zachariam papam a s. Bonifacio mittitur, I. moritur, 754. XXI. & *Pag. t. xiii.* 791. IX. s. Kiliani, & ſociorum reliquias tranſtulit, *Pag. t. xii.* 754. XXII.

Burchardus Wirziburgenſis epiſc. Concilio Erfordienſi ſub Henrico celebrato intereſt, *Bar. t. xv.* 932. II.

Burchardus Wormatienſis epiſc. commendat Hermannum clericum Walterio Spirenſi epiſcopo, *Bar. t. xvi.* 1012. XIX. collector decretorum, 1022. XVIII. intereſt concilio Saleguaſtadienſi, *ib.* hoſtis fuit acerrimus principum eccleſiarum bona occupantium, 1024. XIII. Conradum poſtea imp. alit, & inſtituit, *ib.* ægrotans a Deo precibus obtinet, ut dum Conradus imp. adeſſet, valeret, 1026. I. II. eundem Triboriam comitatus, & reverſus ad mortem ſe præparet, II. ſuos alloquitur, *ib.* & ſeq. piiſſime diem extremum claudit, IV. ſcrinium occluſum ſorori legavit, & quid in eo inventum, V. quam aſpere corpus affligarit, unde colligatur, *ib.* quænam reliquerit ingenii monimenta, *ib.* ipſe Fanconi fratri in epiſcopatu Wormatenſi ab Ottone III. ſubſtituitur, 999. XI. idem fit epiſcopatus Wormatienſis, *Pag. t. xvi.* 1008. VI. Olberto monacho Laubienſi adjutore veteres eccleſiæ canones in unum redigit, *ib.* Conradi poſtea imperatoris inſtitutor fuit, 1026. I. moritur, *ib.* quando renunciatus, epiſcopus, *in not. Bar. t. xvi.* 459. ejus obitus, 554.

Burchardus Halberſtadenſis epiſcopus invadens monaſterium Halverdenſe cohibetur a Nicolao II. papa, *Bar. t. xvii.* 1059. LXXX. provocatus ad Dei tribunal pro deſinienda lite miraculoſe decidit equo, LXXXI. exclamat ſe rapi ad divinum tribunal, & delicti veniam petit, LXXXII. miſerabili mortis genere perit, *ib.*

Burchardus Loſanenſis epiſcopus excommunicatur a Gregorio VII. *Bar. t. xvii.* 1076. XVI. adhæret Henrico regi, 1077. XXXI. occiditur in prælio ab Eggeberto comite catholicorum duce, 1089. XII.

Burchardus Baſilienſis epiſcopus adhæret Henrico Germaniæ regi, *Bar. t. xvii.* 1077. XXXI. excommunicatur, & damnatur in ſynodo Quintilinburgenſi, 1085. VIII.

Burchardus ex Anglia in Germaniam evocatus, *Bar. t. xii.* 725. XI. concilio Carlomanni interfuit, 742. XXI. epiſcopus Wirceburgenſis, ſive Herbipolenſis, 748. I. ejus Romam adventus, *ib.* res geſtas Egilvardus proſecutus eſt, *ib.* bis Romam iviſſe quis ſcripſerit, *ib.* eccleſiæ catholicæ unitur, 725. XIII. Romam a Pipino ad Zachariam papam mittitur, 751. II. & *Pag. ib.* III.

Burchardus epiſcopus Monaſterienſis præſtat juramentum Paſchali II. papæ pro Henrico IV. imperatore, *Bar. t. xviii.* 1111. XXI.

Burchardus epiſcopus Eicſtadenſis cum cæteris Germaniæ epiſcopis increpatur graviſſime ob neglectum officii paſtoralis, *Bar. t. xix.* 1152. VIII.

Burchardus Auguſtenſis, patruo mortuo, invadit epiſcopatum Lugdunenſem, *Bar. t. xvi.* 1034. XXVII. a Conrado, imperatore captus exilio perpetuo damnatur. *ib.*

Burchardus deſcriptor Terræ ſanctæ corrigitur, *in app. Bar.* LXXIX.

Burchardus dux Carolum Magnum adverſus Mauros adjuvat, *Bar. t. xiii.* 807. III.

Burchardus Alamannorum princeps in auxilium Rodolphi regis generi profectus in Italia trucidatur, *Bar. t. xv.* 926. I. idem Alemanniæ ducatum invadit, *Pag. ib.* I. Rodulpho II. genero Burgundiæ Tranſjuranæ regi ad recuperandum Italiæ regnum auxilium præſtat, & occiditur, *ib.*

Burchardus Miſnenſis præfectus Henrici Germaniæ regis contra Gregorium VII. fautor equo decidens capitur, *Bar. t. xvii.* 1076. XXXVII.
Burchardus comes de Mannefuedel ſubſcribit bullæ aureæ Friderici II. imp. de libertate electionum, & appellationum per Siciliam, *Bar. t. xviii.* 1097. LXXV.
Burchardus laicus conſiderat capitula pacis inter reges Francorum factæ, *Bar. t. xiv.* 860. XIV.
Burchartes confirmat diploma donationis Romanæ eccleſiæ ab Ottone imperatore conceſſum, *Bar. t. xvi.* 962. XI.
Burchartus comes Caroli Magni teſtamenti ordinationi præſens, *Bar. t. xiii.* 811. XLVII.
Burdegala Galliæ civitas a Paganis infeſtatur, *Bar. t. xv.* 876. XXIII. eadem Viennenſi eccleſiæ ſubjecta, *Bar. t. xviii.* 1120. I. Carolo VII. ſe dedit, *Ray. t. ix.* 1451. VIII. iterum recepta ab Anglis iterumque amiſſa, 1453. XXI. excitatis duabus arcibus frænum illi injectum, *ib.* de ea Angliæ prodenda oppreſſa conjuratio, *Ray. t. x.* 1457. LIX.
Burdegalenſe concilium celebratur, in quo Berengarius fidei ſuæ rationem reddit, *Pag. t. xvii.* 1080. XX.
Burdegalenſi archiep. præferendæ crucis collata auctoritas, *Ray. t. ii.* 1232. XXVI.
Burdegalenſis eccleſia primati Bituricenſi obnoxia *Ray. t. iv.* 1255. XLI. ab illius regimine ad ſedem apoſtolicam vocatus Clemens V. *Ray. t. iv.* 1305. V. exornata indulgentiis, 1308. XXXIX. propoſitæ indulgentiæ illius molitionem operis provecturis, *ib.* Abactis monachis in eam inducti canonici, *ib.*
Burdigalam uſque Sarraceni perveniunt, *Bar. t. xii.* 725. IX.
Burdinus homo nequiſſimus bonitatem ſimulans a Gallis in Hiſpanias ductus, a Bernardo Toletano archiepiſcopo ad diverſas dignitates eccleſiaſticas evehitur, *Bar. t. xviii.* 1096. XII. & 1109. II. archidiaconus Toletanus ab eodem creatur, & epiſcopus Bracharenſis, & poſtmodum Coimbricenſis, *ib.* Paſchalem p. II. ſimoniace circumvenire tentat pro archiepiſcopatu Toletano, *ib.* ad Henricum V. Germaniæ regem pontifici infeſtum ſe confert, *ib.* eumdem abſente Paſchali Romæ coronat, 1117. V. ab eodem antipapa creatur contra Gelaſium II. p. fuga lapſum, 1118. X. XII. quos habuerit promotores, XIII. Gregorius cognominatur, *ib.* adventu Calliſti II. territus Sutrium fugit, 1120. II. a Sutrinis capitur, & contumeliis pluribus affectus Romam ducitur, & in carcerem relegatur, 1121. I. s. Geraldo ſuccedit in archiepiſcopatum Bracharenſem, *Pag. t. xviii.* 1109. II. 1117. V. pallium a Paſchali p. accipit, *ib.* diſſidet a Bernardo Toletan. archiep *ib.* Coimbricenſem eccleſiam ſuæ metropoli ſubjicit, VI. a Paſchali p. ad Henricum imp. legatus Romam mittitur, VII. Henricum imperatorem coronat, IV. ea de cauſa a Paſchali excommunicatur, VII. antea ab eodem papa epiſcopali officio interdictus fuerat, VIII. fabulæ de eo confictæ refelluntur, IX. idem fit antipapa, 1118. VII. XIII. Gregorium VIII. ſe appellat, VIII. XIII. Henricum imperatorem coronat, VIII. excommunicatur a Calliſto p. in concilio Remenſi, 1119. X. Sutrium fugit, 1120. VI. a Calliſto II. capitur, 1121. I. Romam ducitur, *ib.* & III. ab aliquibus in Anglia pontifex agnitus fuit, II. quo fundamento, III. in monaſterium truditur, IV. idem vero ad concilium fortaſſe Legionenſe a Bernardo Toletano vocatus venire recuſavit, *in not. Bar. t. xviii.* 1087.
Burgenſe concilium in Hiſpania pro Romani officii receptione quo anno celebratum, *Pag. t. xvii.* 1080. XI. & *ſeq.* aliud a Guidone cardinali apoſtolicæ ſedis legato celebratur, *Pag. t. xviii.* 1136. XVI.
Burghartus comes ſubſcriptione confirmat diploma donationis ab Ottone imperatore Romanæ eccleſiæ factum, *Bar. t. xvi.* 962. XI.
Burginus hæreſiarcha a dæmone in angelum lucis transformato illuſus novam religionem aſperrimam inſtituit, contemtaque pontificiam auctoritatem, *Ray. t. viii.* 1409. XC. detrectans parere eccleſiæ flammis cauſtus, *ib.*
Burgoaldus legatus Brunichildis reginæ, *Bar. t. xi.* 603. XV.
Burgolienſe cœnobium ædificatur a Guillelmo Aquitaniæ duce, *Bar. t. xvi.* 1025. III.
Burgunda matrona pie colit ſanctos martyres, *Bar. t. xii.* 689. XI.
Burgundi ante concilium Aurelianenſe quartum annum a paſchate inchoabant, *Pag. t. ix.* 545. XI.
Burgundia a Francorum regibus occupatur, *Pag. t. ix.* 525. XVII. eam inter ſe dividunt, 530. XVII. a Mauris capta, *Bar. t. xii.* 716. XII. in Caroli Martelli poteſtatem redigitur, *Pag. t. xii.* 736. VII. pro reſtitutione Ludovici imperatoris ſolicita, *Bar. t. xiv.* 833. XXII. turbatur a Friderico imperatore, *Bar. t. xix.* 1168. LX. a Philippo Suevo vaſtata, *Ray. t. i.* 1201. XXVIII. in regnum erigitur, *Bar. t. xv.* 879. VI.
Burgundia Transjurana quas provincias complecteretur, *Pag. t. xv.* 888. VI. ejus ſe regem dicit Rodulphus, *ib.* Rodulpho III. rege mortuo ab Odone II. Campaniæ duce invaditur, *Pag. t. xvi.* 1032. VIII. & *ſeq.* a Corrado imperatore recipitur, 1033. II. 1034. XI. Roberto Francorum regi eadem rebellis, ab eodem hoſtili exercitu pervaditur, *Bar. t. xvi.* 998. VI.
Burgundica factio ſævit in Aurelianenſem, *Ray. t. viii.* 1411. VIII. in tantam efferetur impietatem, ut infantes occiſorum vetet baptiſmo ablui, ne Cœlo excipiantur, *ib.* ſacerdotes impii in conficiendis, conferendiſque ſacramentis Burgundicæ crucis ſigno abuſi, *ib.* magnis cladibus atteritur factio Burgundica, 1414. XXI. Aurelianenſes implorant leges iterum in Burgundum, *ib.* venientem cum exercitu Burgundum propulſant, *ib.* delent ejus exercitum, *ib.* ad Atrebatum ob Anglorum irruptionem pacem componunt certis legibus, ut Burgundus cædem principis Aurelianenſis expiet, *ib.* Burgundica factio pacis actionem inter Anglos & Gallos diſturbat, 1418. XXVII. horrendas cædes edit Pariſiis, *ib.* dat pœnas divino Numini, XXVIII.
Burgondiæ regnum dilatatur, *Pag. t. viii.* 456. XIII.
Burgundiæ Comitatus unitur ditionibus Friderici Ænobarbi imperatoris, *Pag. t. xix.* 1156. VIII.
Burgundiæ ducatus promiſſus a Franciſco I. Carolo V. pro redimenda libertate, *Ray. t. xii.* 1526. III. poſtea negatus ab eodem cum liberatus eſſet, *ib.* ejuſdem repetitionem remittit Carolus V. Franciſco I. *Ray. t. xiii.* 1529. LXVII. idem ducatus ab hæreticorum impietate, & graſſationibus Tavanii præfecti virtute liberatur, *Ray. t. xv.* 1562. CLXIX.
Burgundiæ præerat Chilpericus rex, *Bar. t. x.* 579. XXX.
Burgundiones cum aliis barbaris in Gallias irrumpunt, *Pag. t. vi.* 406. XIII. eaſdem depopulantur, *Bar. t. vi.* 407. XLII. obtinent partem Galliæ, *Bar. t. vii.* 413. XXVI. unde Burgundi, & de eorum converſione, *ib.* ſe Romanorum ſobolem eſſe jactantes, *ib.* ab Hunnis laceſſiti ad Deum chriſtianorum confugiunt, XXVII. iidem effecti chriſtiani, XXVIII. belliçoſiſſimi, *ib.* ab Ætio victi, 435. XV. ab Hunnis contriti, 444. XXXV. eorumdem regni

gui in Galliis initium, *Pag. t. vii.* 413. XII. in prima Germania ſedes fixerunt, *ib.* fiunt chriſtiani, XIII. antea non erant Ariani, ſed Gentiles, XIV. a quo baptiſmum acceperint incertum, *ib.* diverſi a Burgundionibus, qui Attilam in Galliam venientem ſecuti ſunt, *ib.* cur eorum non meminit Salvianus in libro de gubernatione Dei, XV. ab Ætio debellantur, 435. XXXV. non ſunt converſi ad fidem a s. Severo epiſcopo Trevirenſi, XL. ab Hunnis proteruntur, 436. X. auxiliati ſunt Italis, *Bar. t. viii.* 494. XLVIII. ad eorum regem legatus Epiphanius, XLVI. idem rex benigne ſuſcipit ipſum, L. dimittit Italos captivos, LII. regum ipſorum ſucceſſio, *Pag. t. viii.* 472. VI. Arianam hæreſim amplectuntur, VII. bellum eorumdem cum Clodoveo, *Bar. t. ix.* 508. XXXII. dant pœnas ſacrilegii, XXXIV. fœderati cum Athalarico rege Italorum, 526. XLII. ſubacti a Francis, XLIV. eorum reges Sigiſmundus, & Godomarus fratres, *ib.* a Francis opprimuntur, XLVIII. ipſorum magnam ſtragem fecerunt Longobardi, *Bar. t. x.* 575. VIII.

Burgundofora, eademque Fara, *Bar. t. xi.* 640. XIII. ſanctitate celebris mater ſanctarum virginum, *ib.* tentata fruſtra ab Agreſtino pſeudomonacho, 617. XIII.

Borkardus epiſcopus Herbipolenſis, *Bar. t. xii.* 686. XV.

Buri conſpirant cum aliis vicinis gentibus, *Bar. t. ii.* 676. III.

Buriſius ducitur a Weldemaro Danorum rege incomitatum ad Fridericum imp. *Bar. t. xix.* 1162. XVI.

Burrellus contendit cum Manfredo de Aleſinæ comitatu, *Ray. t. ii.* 1254. LXVII. ab illo necatur, *ib.*

Burrhedus fit rex Merciorum, *Pag. t. xvi.* 852. IX. Britannos domat, 853. XXV. & relicto regno Romam pergit, & moritur, *Pag. t. xv.* 874. I.

Burrhus præfectus, *Bar. t. i.* 56. XLIII.

Burrichales, ſeu Burrichi ſunt equi breviores, & viles, *Pag. t. vii.* 415. XXIII.

Boſefrea filius Edoini baptizatus a s. Paulino, *Bar. t. xi.* 627. XXXI.

Boſclavinus regis Slavonici filius a s. Romualdo monaſtico habitu indutus, *Bar. t. xvi.* 996. XXXII.

Buſiris prius hæreticus, poſtea confeſſor, *Bar. t. v.* 362. LXXV. idem martyr Ancyræ, *ib.* ejuſdem admiranda conſtantia, *ib.*

Butilinus Francorum dux Italiam deprædatur & moritur, *Pag. t. x.* 553. IV. VI.

Buxetum Inſubriæ oppidum prope Parmam ſub Pallavicinæ familiæ ditione, ubi inter Paulum III. & Carolum V. pro chriſtiani orbis pace, ad colloquium, irrito tamen effectu, ventum eſt, *Ray. xiv.* 1543. XIII. *& ſeq.*

Buxu civitas Longobardis ſe dedit, *Bar. t. xii.* 726. XXXVIII.

Byblæ oppidum Paleſtinæ, *Bar. t. i.* 44. X. ibi eſt templum Veneri dicatum, *Bar. t. vi.* 401. LV.

Byrinus epiſc. convertit Occidentales Saxones, *Bar. t. xi.* 635. IX. ejus ingens miraculum, X.

Byrne presbyter Anglus, *Bar. t. xiii.* 796. XXI.

Byrrhus legatus ab Epheſina eccleſia ad Ignatium, *Bar. t. ii.* 109. IX.

Byterræ, Byterrenſe Concilium, Byterrenſes, *vide* Biterræ, Biterrenſe concilium, Biterrenſes.

Byzacena provincia, & eccleſia, *Bar. t. x.* 599. IV. Byzacena provincia, gaudebat de reditu s. Fulgentii, *Bar. t. ix.* 522. XIV. Byzacenæ eccleſiæ ſalva vult privilegia Juſtinus imp. *Bar. t. x.* 568. XIX.

Byzacena concilia: Byzacenſe concilium quando,

Bar. t. ix. 504. XXVI. aliud in Africa celebratum, 523. XXXIII. aliud concilium in cauſa primatus, *Bar. t. xi.* 602. IV. aliud adverſus Monothelitas, 646. I. ejuſdem concilii epiſtola ad Conſtantin. imp. VI. alia ad Paulum epiſc. Conſtant. VII.

Byzaceni primatus cauſa ad s. Gregorium delata, *Bar. t. x.* 599. IV.

Byzacium civitas in Africa, *Bar. t. x.* 599. IV. ibi conſtituitur a Juſtiniano rector conſularis, *Bar. t. ix.* 534. LIX. ibi inventæ aquæ ſunt miraculo, 535. L.

Byzancenum pro Byzaceno errore poſitum, *Bar. t. x.* 599. IV.

Byzantii Conſtantino viriliter reſiſtunt, *Bar. t. iii.* 318. XIX. Romanæ ſervitutis jugum ſubire detrectant, *ib.* cœleſti viſione Conſtantinum animante expugnantur, & ſubjugantur, XV. XIX.

Byzantii chriſtiani lætati, *Bar. t. ii.* 198. XX.

Byzantina eccleſia: ei providit Petrus, *Bar. t. i.* 44. XII. ipſa ſub Heracleæ epiſcopatu fuit uſque ad tempora Conſtantini, *Bar. t. iii.* 314. XCVI. auctam patriarchatu a Conſtantino, Græci mentiuntur. *Bar. t. iv.* 324. CXXI. eadem vocatur ſegmentum hæreticorum, *Bar. t. xiii.* 814. XLVI.

Byzantiorum epiſcoporum catalogus, *Bar. t. iii.* 314. XCIV. 317. XVII. primus epiſcopus a Petro apoſtolo illis datus, 314. XCVI.

Byzantium obſidetur diu, & expugnatur a Severo imp. *Bar. t. ii.* 198. XX. ejus obſidio quandonam ab eodem Severo cœpta, *Pag. t. ii.* 195. II. obſidetur a Conſtantino, *Bar. t. iii.* 318. IX. ab eodem capitur, *ib.* a Conſtantino in novam civitatem deligitur, *Bar. t. iv.* 324. CXLI. in ejus ædificatione quid acciderit, *ib.* civitas fuit jam olim percelebris, CXLII. in Conſtantinopolim mutatur & dedicatur, 330. I. *vide*, Conſtantinopolis. ejus ſuburbia populati ſunt Hunni, *Bar. t. ix.* 539. X. idem concuſſum terræmotu, *Bar. t. x.* 553. CCXLIX. idem informe ob monaſticum ſtatum ejectum, *Bar. xii.* 755. LI. eo reliquiæ s. Euphemiæ repertæ deferuntur, *Bar. t. xiii.* 796. XV.

Byzantius Nicephori imperatoris famulus, *Bar. t. xiii.* 811. II. imperiali veſte, & auro ad Bulgaros fugit, *ib.*

Byzantius Barſianus juſſu imperatoris Nicephori ſcommata in latinos evomens, diſcedente Luithprando legato, veniam petit, *Bar. t. xvi.* 968. XLIX.

Byzia civitas in Thracia, *Bar. t. xi.* 656. IV. locus exilii ſancti Maximini abbatis, 650. XXXVII.

C

CAath familia Levitici generis, *in app. Bar.* LXXVII.

Cabades fit rex Perſarum, *Pag. t. viii.* 481. V. deponitur, 496. V. in regnum reſtituitur, *Pag. t. ix.* 501. VI. ſcribit ad Juſtinum de Lazorum rege, *Bar. t. ix.* 522. XVIII. ad eum mittit legatos Juſtinianus imp. 527. LXI. exoptat excurrere in fines chriſtianorum, 522. XXI. multa millia Manichæorum una die peremit, 523. XIV. ejus ſcita conſilia, 522. VI. moritur, *Pag. t. ix.* 530. XI.

Caballarii qui milites apud Perſas, *Bar. t. x.* 593. II. & *Bar. t. xi.* 626. VIII.

Caballinus vocatus Conſtantinus Copronymus, & quare, *Bar. t. xiii.* 775. III.

Caballus agreſtis aut domeſticus comedi vetitus a Gregorio papa III. *Bar. t. xii.* 731. XL. & quare, *ib.*

Cabar Juſtinianum concilium Donatiſtarum cele-

bra-

bratur, *Pag. t. vi.* 394. VIII. *& ſeq.* ejus epocha, X.

Cabilonenſia concilia, *Vide*, Concilium Cabilonenſe.

Cabilonenſis ſynodus, *Vide*, Concilium.

Cabilonenſis civitas a Lothario expugnatur, *Bar. t. xiv.* 834. III. conventus ibidem a Ludovico imp. habetur, *ib.*

Cabochius ſedis apoſt. legatus Siculos in Fridericum II. commovet. *Ray. t. ii.* 1249. XIV. Provincia depellitur a Friderico, 1250. XXXIV.

Cabotius Americam ſeptemtrionalem perluſtrat, *Ray. t. xii.* 1515. LXIII. Bachalaos reperit, 1525. XCVII.

Caccianedus commentarii Hugonis Etheriani adverſus Græcos de proceſſione Spiritus ſancti ad Alexandrum III. lator, *Bar. t. xix.* 1177. XXXVIII.

Cachanes archiep. s. Thaddæi rite non promotos pontificis nomine juxta ſacros canones inſtituere juſſus, *Ray. t. v.* 1321. V.

Cadalus, ſeu Cadalous Parmenſis epiſc. pſeudopapa exemplo Joannis Placentini ſedis apoſtolicæ invaſoris ad meliorem frugem redire admonetur, *Bar. t. xvi.* 996. XIV. creatur pſeudopapa contra Alexandrum II. ſuaſu Guiberti cancellarii ab aulicis Henrici III. Germaniæ regis, *Bar. t. xvii.* 1061. I. VII. a quibus, & quam improbis ſit conſecratus, *ib.* increpatur graviſſime per epiſtolam a Petro Damiano, VII. ejus nominis etymologia augurio non caret, XIII. 1062. LXIII. turpiſſime vivit, & turpiter viventibus connivet, XXV. Romanos pecunia corrumpit, ut ſe recipiant, XXVII. eoſdem armis expugnat, & multos interimit, 1062. I. vincitur a Godefrido Tuſciæ duce, & pecunia vitam redimit, *ib.* rurſus pecuniam corradit ad expugnandam urbem, *ib.* alia invectiva graviſſima proſcinditur a Petro Damiani, *ib. & ſeq.* quibus ab eodem epithetis ornetur, II. III. 1064. XIX. unanimi omnium epiſcoporum conſenſu depoſitus, ab univerſo mundo deriſui habetur, 1062. LXI. inſidiatur Petro Damiano boſti ſibi infenſiſſimo in Gallias proficiſcenti, LXVII. ſedem apoſtolicam infeſtare pergit, & quomodo, 1064. I. ejuſdem nequitiæ deſcribuntur, XIX. condemnatus in concilio Mantuano rurſum urbem armato milite infeſtat, XXXIV. Leonianam civitatem proditione capit, *ib.* in molem Hadriani recipitur a Cencio præfecti urbis filio, *ib.* biennium ab Alexandro papa ibidem obſidetur, & tandem pecunia ſe redimens incognitus fugit, *ib.* moritur morte peſſima, XL. uſque ad extremum vitæ pontificia munera obivit in latibulis, *ib.* in pſeudoſynodo Baſileenſi eligitur antipapa. *Pag. t. xvii.* 1061. III. Honorii II. nomen ſumit, *ib.* Romam fruſtra obſidet, 1062. I. damnatur in concilio Oſborienſi, II. item in concilio Mantuano, 1064. I. in caſtello circumcluditur, & moritur, IV. *& ſeq.* Honorii II. nomen aſſumpſit, *in not. Bar. t. xvii.* 184.

Cadavera: ea aſpicere ſacerdotibus, & pontifici interdictum, *Bar. t. i.* 44. LXXXVIII. eorum condiendorum mos apud Ægyptios, 34. CLXIX. ea beſtiis, & volucribus exponebant Perſæ, *Bar. t. x.* 554. XV. cadaver Formoſi papæ ſacrilege tractatum a Stephano VII. p. *Bar. t. xv.* 897. II. VI. miraculoſe ab imaginibus ſalutatur, III. cadaver Guiberti antip. refoſſum in fluenta projicitur, & quare, *Bar. t. xviii.* 1105. XI. XII. item Henrici II. imp. Schiſmatici exhumatum per quinquennium ſepultura caret, 1106. XXIII. Gerardi Engoliſmenſis epiſcopi apoſtatæ e loco ſacro erutum, alio projicitur, 1135. VI. cadaver Anacleti antipapæ ubi ſepultum ſit, nunquam potuerunt ſcire catholici, 1138. I. cadavera Sarracenorum fœtentia comedunt propter famem chriſtiani milites, 1100. XI. cadavera Raiaulphi ducis, & Brunonis epiſc. curat effodi Rogerius Siciliæ rex, & immaniter per plateas diſtrahi, 1139. XV. XVI.

Cadelous factioſus ſynodali epiſtola concilii Tullenſis monetur, *Bar. t. xiv.* 859. XLI.

Cadilhametus in Africa princeps ſe Ferdinando ſubjicit, *Ray. t. xi.* 1511. LIX.

Cadirus Billa fit calipha Babylonienſis, *Pag. t. xvi.* 991. VI. moritur, 1031. V.

Cadœnus epiſc. interfuit concilio Rotomag. *Bar. t. xii.* 682. II.

Cadomenſis academia condita ab Eugenio, *Ray. t. ix.* 1437. XXX. illius jura confirmata a Nicolao V. 1451. IX.

Caduyſa fit præfectus Sarracenorum Hiſpaniæ, *Pag. t. xii.* 728. II.

Caducus, conſentiente Ludovico VII. Franciæ rege, eligitur epiſc. Bituricenſis, *Pag. t. xviii.* 1141. III. ab Innoc. II. rejicitur, *ib.*

Cæci duo, & dæmoniacus mutus curati a Domino, *Bar. t. i.* 31. LXXVIII. alius illuminatus ab eodem, 34. III. alius a nativitate viſum recipit, 33. XXXV. alius ab eo illuminatus excommunicatione mulctatus, 57. XII. cæcum illuminat Paulus Athenis, 52. XI. alius illuminatur a Leone ante imperium, *Bar. t. viii.* 457. IV. alius illuminatur a s. Eugenio & quomodo, 484. XLV. alius a s. Vedaſto coram Clodoveo, ut ipſe convertatur, 499. XXIV. alium illuminat Joannes papa, *Bar. t. ix.* 525. V. alius viſum recipit a s. Martino, *Bar. t. x.* 579. XIX. alii tres illuminantur ab eodem, 560. XIII. alius in virtute s. Medardi, 564. XXXIV. alius in morte s. Radegundis, 590. XXXIX. alius a s. Auguſtino Anglorum epiſc. *Bar. t. xi.* 604. LVI. cæca quædam lumen recipit oculorum apud ſepulcrum s. Anſelmi Lucenſis epiſcopi, *Bar. t. xvii.* 1086. XI. cæcus viſum recepit a s. Petro Tarentaſiæ archiepiſcopo, *Bar. t. xix.* 1161. X. XIV. cæcus in Templo Domini ſacerdotio fungi non poterat, *Bar. t. i. r.* XL. eos admitti ſolitos in templum, & ſi erant ex genere ſacerdotali, etiam inter ſacerdotes reſidere, 34. CCLIV. cæcus fit, qui erat videns, per Arianum antiſtitem, *Bar. t. viii.* 484. LXXIV. cæcus cæco ducatum præſtans, ambo cum ruina multorum in foveam cadunt, 485. XXIX. de cæco impoſtura epiſcopi Ariani, qui revera deinde fit cæcus, *Bar. t. x.* 583. XXXIX. cæci melius Deum ſpeculari poſſunt, *Bar. t. xii.* 726. LI. cæcus in ſomniis admonitus, ut ad eccleſiam s. Hilarii Rhemenſis accedat, viſum recipit, *Bar. t. xvi.* 934. II. alius quidam ad ſepulcrum Leonis Nonantulani monaſterii abbatis viſum recepit, 990. VI.

Cæcilia martyr Romæ ſub Alexandro, *Bar. t. ii.* 232. XII. ejus oratorium in via Tiburtina, *Bar. xii.* 752. V. ejus eccleſia a Paſchale p. reſtituta, *Bar. t. xiv.* 821. II. apparet Paſchali p. *ib.* corpus ejus a Longobardis ablatum creditum, *ib.* ubi prius latuerit, III. V. corpus inventum, & a quo, I. III. V. eccleſia ejus a Gregorio Magno conſecrata, VI. ſepulcralis ejus & ſociorum inſcriptio, *ib.* arca cupreſſina illæſa poſt DCCLXXVIII. annos, XV. ſitus corporis in ſepulcro, XVI. corpus in arca nova argentea a Clemente VIII. p. reconditur, XVII. corporis ſolemnis repoſitio, XX.

Cæcilia martyr Alutinenſis in Africa ſub Diocletiano, *Bar. t. iii.* 303. XXXVI.

Cæcilia pia femina annulum aureum in ſervatæ Chriſto pudicitiæ ſignum detrahi moritura vetat, *Ray. t. ii.* 1251. XIII.

Cæcilia filia naturalis Philippi regis Francorum, in ma-

Digitized by Google

in matrimonium petitur a Boemundo Antiochiæ principe pro Tancredo nepote, *Bar. t. xviii.* 1104. XV.

Cæcilianum cultum martyris non recepti improbatur, *Bar. t. i.* 55. XIX.

Cæcilianus martyr Alutinenſis, *Bar. t. iii.* 303. XXXVI.

Cæcilianus martyr Cæſaraugustæ ſub Diocletiano, *Bar. t. iii.* 303. CXXXV.

Cæcilianus diac. Carthaginenſis arguit Lucillam oſculantem os martyris non vindicati ante ſumptionem Euchariſtiæ, *Bar. t. iii.* 302. CXXVII. calumniam patitur ex falſis actis martyrum, 303. LVIII. purgatur ab immenſa calumnia Donatiſtarum, LXXIX. eligitur epiſcopus Carthaginenſis, 306. XXVIII. jam ordinatus quærit depoſitum eccleſiæ, *ib.* a ſchiſmaticis calumniis preſſus, XXIX. Carthagine in concilio ſchiſmaticorum damnatur, XXII. quod cum Romana eccleſia communicaret, hoſtium multitudine non terretur, XL. a Conſtantino habetur catholicus, 312. LXXXIX. pecuniam catholicis eccleſiæ Africanæ longa perſecutione ejus afflictis erogandam a Conſtantino accipit, XCI. ejus cauſa per Donatiſtas trahitur a Conſtantino, 313. XIX. Romam ſiſti jubetur ad expediendam cauſam coram epiſcopo urbis Melchiade, XXII. in Romano concilio reus conſtitutus, XXV. in eodem abſolvitur, XXVI. XXXVIII. Donatiſtis agentibus, jubetur iterum Brixiæ detineri, XXXV. eumdem Romæ fuiſſe damnatum, recentiores Donatiſtæ calumniati ſunt, XXXIX. ejus cauſa iterum tractatur in concilio Arelatenſi, 314. XIX. in eodem iterum abſolvitur, LV. ejuſdem literæ ad Felicem Aptungitanum, XXII. in actis concilii Arelatenſis presbyter perperam nominatur, LII. ejus noviſſima purgatio ex literis Conſtantini, 316. LVII. cauſa ejus a Conſtantino licet invito judicatur, LIX. cur retardarit adventum ſuum ad Conſtantinum, LX. interfuit concilio Nicæno, *Bar. t. iv.* 325. XXXIX. in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, 355 XXII. cauſa ejus in collatione iterum ventilata, *Bar. t. v.* 411. XXXI. a Conſtantino evocatus Mediolanum venire jubetur, *Pag. t. iii.* 316. XIII. *& ſeq.* ibi innocens declaratur, XV. idque eodem tempore, quo ejus adverſarii exilio mulctati, XVII. *& ſeq.*

Cæcilianus alter, cognomento Alfius, duumvir, *Bar. t. iii.* 314. XX.

Cæcilianus unus ex legatis Romæ ad Alaricum miſſis, *Bar. t. v.* 409. X. quando factus præfectus prætorio Italiæ, *Pag. t. vi.* 409. III.

Cæciliani Judæi converſio, & ſociorum, *Bar. t. vi.* 418. LXIV.

Cæcilius presbyter cathechiſta s. Cypriani, *Bar. t. ii.* 250. VI.

Cæcilius Capella perſecutor in Africa, *Bar. t. ii.* 198. XX. 203. X.

Cæcinus conſul Veronenſis promittit per juramentum Friderico imperatori nomine Longobardorum pacis initæ obſervationem, *Bar. t. xix.* 1177. XXVII.

Cædes nefaria Herodis in ſuos, *Bar. t. i.* 7. I. cædes facta Romæ in Circo, *Bar. t. ix.* 509. II. cædes Sergii Secundicerii, *Bar. t. viii.* 771. I. cædes ingens in Dania ob non receptum evangelium, *Bar. t. xiv.* 858. XV. ingens alia principum Romanorum ob injurias Formoſo p. illatas, *Bar. t. xv.* 896. II. alia Hunnorum maxima in Germaniam irrumpentium, 933. VI. alia eorumdem in finibus Marſorum, *Bar. t. xiv.* 937. I. alia eorumdem maxima in Germania, 955. VII. alia Romanorum ob factam in Ottonem imp. conjurationem, 964. II. alia innocentiſſima s. Everardi Carnotenſis, 1008. IX. item aliorum ſanctorum, *vide*, Martyrium. alia ingens Judæorum per totum orbem chriſtianum, 1009. VI. item Græcorum in Italia a Normannis facta, 1018. V. item Sarracenorum, 1040. II. eorumdem in Africa, *Bar. t. xvii.* 1087. VIII. alia ingens Judæorum per Occidentem, *Bar. t. xviii.* 1096. XI. *vide*, Bellum. horrenda infidelium in templo, & portico Salomonis, 1100. XII. alia miſerabilis monachorum Taboreſium per Turcas, 1113. IV. Thomæ prioris s. Victoris Pariſienſis per ſicarios, 1135. VIII. IX. Judæorum per Germaniam, & Galliam, 1146. XVII. cædes horrenda Arnoldi ſchiſmatici archiepiſcopi Moguntini, *Bar. t. xix.* 1160. XXXII. Romanorum maxima ſub Tuſculo, 1167. I. item s. Thomæ Cantuarienſis in Anglia, 1170. XLVI. Coterellorum hæreticorum, 1183. VII. Latinorum Conſtantinopoli commorantium, IX. Græcorum per Latinos, XIV. 1185. XII. item per exercitum Friderici imp. 1190. VI. item Turcarum, X. Sarracenorum per Chriſtianos, 1191. XVII. *vide*, Interfectio.

Cæleſius epiſ. in Africa auctor ſchiſmatis, *Bar. t. iii.* 306. XXVIII. a concilio Ancyrano aſſertus, 314. LXXXVIII. item in Orientali eccleſia, *ib.*

Cæleſtianus Carthaginenſis commendatur, *Bar. t. vii.* 440. VIII. ejus laudes, IX. commendatur in pluribus epiſtolis Theodoreti, XI.

Cæleſtinus papa creatur, *Bar. t. vii.* 423. XIX. ejus tempore agitata eſt cauſa de appellationa ad apoſtolicam ſedem, 419. LXXIII. quid in cauſa Antonii epiſcopi Fuſſalenſis, LXXIX. interpellatur a s. Auguſtino in cauſa ejuſdem Fuſſalenſis epiſcopi, 424. IV. annuit petitionibus Auguſtini, IX. Gallorum corripit perperam facta, 428 XVII. certior redditur de electione Neſtorii, quam probavit, XXIII. s. Germanum mittit in Britanniam, 429. I. IX. *& ſeq.* liberat Britanniam ab hereſi Pelagiana, VI. *& ſeq.* mittit Palladium diaconum in Britanniam, *ib.* per Palladium diaconum convertit Scotos, II. *& ſeq.* eumdemque Palladium creat Scotorum epiſcopum, *ib.* ejus epiſtola ad epiſcopos Apuliæ & Calabriæ, XXI. componit collapſam diſciplinam eccleſiaſticam, *ib.* accipit libros Neſtorii per Antiochum, 430. XLII. Cyrillum inquirere jubet de Neſtorii ſcriptis, 429. XXVII. ad Cyrillum ſcribit, XXVIII. eodem tempore accipit litteras a Neſtorio, & a s. Cyrillo, 430. I. Romæ congregat concilium contra Neſtorium, XII. ejus epiſtola ex ſynodo Romana contra Neſtorium ſcripta qualis, *ib.* ſubdole tentatur a Neſtorio, VIII. deplorat Neſtorii amentiam, XV. probat ſcripta a s. Cyrillo Alexandrino, XXII. præfigit Neſtorio terminum peremptorium, XXIII. comminatur anathema in Neſtorium, niſi reſipiſcat, XVIII. ſcribit ad Cyrillum, ut agat contra Neſtorium, XXV. ſuum vicarium conſtituit Cyrillum Alexandrinum epiſcopum, XXIII. ut præcipuum caput in eccleſia catholica agit in omnibus, XXIV. mittit Phrygium ad Cyrillum Alexandrinum, XXVI. ad diverſos Orientales epiſcopos de Neſtorio ſcribit, XXVII. ejus auctoritate collectum concilium Epheſinum, LXII. legatos mittit ad concilium Epheſinum, eoſdemque executores ſententiæ ante ſe latæ contra Neſtorium, 431. VII. ejus epiſtola per legatos miſſa ad concilium Epheſinum, IX. ejus exhortatio ad epiſcopos, ut agant pro fide Catholica, XII. ejus epiſtola ad Theodoſium Imp. tempore concilii Epheſini, XVII. ejus epiſtola ad Cyrillum eodem tempore, XIX. ejus ſtudium in curando Neſtorium, XX. ejus literæ ad Synodum datæ lectæ cum damnatione Neſtorii, XXIV. pro Proclo reſcri-

ſcripſit, LXXIV. ejus epiſtola ſuffragatur electioni Procli epiſcopi Conſtantinopolitani, 434. II. ei papæ debetur damnatio Neſtorii, 431. CLXXVIII. inſurgit contra presbyteros Gallos impugnantes s. Auguſtinum, 432. CLXXIII. laudat mirifice ſanctum Auguſtinum, 431. CLXXXV. Pelagianos urget, ib. ejus epiſtola laudata a s. Proſpero, ib. & a Græcis, CLXXXIX. ad Hibernos in fide inſtituendos s. Patritium promovet, CXCI. ejus epiſtola ad concilium Epheſinum quando data, 432. IV. ante obitum reddidit litteras gratulatorias ad Orientales, ib. ante obitum feliciorem eccleſiæ ſtatum videre meruit, II. literis agit de liberanda Antiochena eccleſia a Neſtorio, XII. XIV. quæ decernit de lapſis epiſcopis recipiendis, X. ejus epiſtola ad Theodoſium Imp. XII. ejus epiſtola ad Maximianum epiſcopum Conſtantinop. XVII. ejus epiſtola ad clerum & populum Conſtantinop. XX. digne laudatur, XXXIV. ejus obitus, XXXV. & ſeq. ejus res geſtæ & conſtitutiones, ib. cum Neſtorii errore infectum fuiſſe imprudenter aſſerit Valla, cujus error refutatur, XXXVI. ipſo pontifice erigitur in Aventino eccleſia s. Sabinæ martyris, XXXVII. fit pontifex Romanus, Pag. t. vii. 423. VII. Pelagianos Italia pellit, XI. s. Germanum in Britanniam mittit, 429. II. Cyrillum epiſc. Alexandrinum de turbis a Neſtorio excitatis conſulit, XXI. ex ſynodo Romana acres ad Neſtorium literas ſcribit, 430. IV. & ſeq. pallium s. Cyrillo non miſit, VIII. ejus conſilio non eſt indicta ſynodus Epheſina, XXV. ſynodum Romæ contra Neſtorium celebrat, 431. IV. commonitorium dat legatis ad Epheſinum concilium euntibus, ib. Semipelagianos comprimit, XLVI. non eſt auctor capitulorum de gratia, XLVII. reſpondet ad ſynodicas Maximiani epiſcopi Conſtantinopolitani, 432. II. non confirmavit quoad omnes partes decretum ſynodi Conſtantinopolitanæ, ib. reſtringit decretum ſynodi Epheſinæ adverſus epiſcopos Neſtorianos datum, III. moritur, V. ejus conſecratio & obitus, in not. Bar. t. vii. 427. ſedis tempus, ib.

Cæleſtinus II. vide, Guido card. de Caſtello.

Cæleſtinus III. papa; ejus literæ non tantum ad archiepiſcopum Senonenſem, ſed ad alios etiam per Galliam archiepiſcopos tranſmiſſæ, in not. Bar. t. xix. 693. illius exequiæ, Ray. t. i. 1198. V. ſepultura, VII. vetuit Philippo regi Franciæ illicitas nuptias, LXIII. vide Hyacintus Card.

Cæleſtinus IV. Gregorio IX. ſuccedit, Ray. t. ii. 1241. LXXXVII. Galfridus antea dictus, ib. paucis poſt diebus moritur, ib. ipſum veneno ſublatum creditum a pluribus, ib. ſepelitur apud s. Petrum, ib. ſuccedit poſt diuturnum interregnum Innocentius IV. 1243. VI.

Cæleſtinus V. ante pontificatum dictus Petrus e Murrhone ordinis Cæleſtinorum conditor, Ray. t. iv. 1294. III. certior fit divinitus, cardinalibus iram divinam imminere, ni pontificem renuntiat, IV. divino inſtinctu a cardinalibus vocatur ad pontificatum, V. VI. miſſæ ad eum cardinalium literæ, VII. illius patria, VIII. ſecundinis inſtar religioſæ veſtis tectus natus ſit, ib. dæmon præſagiens quid magnum in eo latere, a ſtudio literarum fruſtra ipſum revocare nititur, ib. noctu ad divinas laudes, campanæ dato divinitus ſigno, excitabatur, ib. aſperrimum vitæ illius genus IX. ut a Regibus Siciliæ & Ungariæ aſello inſidens ſtratorum munere fungentibus deductus ſit, X. contractus membris aſello, cui ſanctus inſederat, impoſitus valetudinem recuperat, XI. Aquilæ inſignia pontificalia accipit, XIII. ſervatus in eo ſacrando ritus, ib. indulgentiæ forma eccleſiam de Colle Madio adituris propoſitæ, XIV. reſciſſa a Bonifacio ib. confirmat Cæleſtinorum ordinem, XV. Guidonem e Monteferetro admittit in gratiam cum eccleſia Romana, ib. creat duodecim cardinales, XVI. Gregorii X. decretum de cardinalibus conclavi includendis renovat, XVII. commurmurantur de eo cardinales, ib. imminente natalitio Chriſti in cellula divinis vacaturus ſe includit, ib. improbi adminiſtri candidæ illius innocentiæ illudunt, XVIII. deliberet pontificatu cedere, ib. inſtructa ſolemni ſupplicatione a populo Neapolitano rogatur, ne abeat dignitate, ib. explorat doctorum ſententias, num Romanus pontifex jure poſſit cedere munere, XIX. accuſat ſe imparem gerendo pontificatui coram cardinalibus, XX. ſancit conſtitutione apoſtolica, Romanum pontificem cedere dignitate poſſe, XXI. depoſito papali cultu, monaſticam veſtem induit, ib. proximo die a dimiſſo pontificatu claudum ſanat, XXII. confutantur nonnulli auctores, qui inepta de eo finxere, ib. ſuccedit illi in pontificatu Bonifacius Octavus, XXIII. arripit clam fugam ad ſolitudinem, ib. deluſus a nonnullis impoſtoribus Minoritis colendæ vitæ ſolitariæ facultatem impertitur, XXVI. enata inde Fraticellorum ſecta, ib. ut mutilrt a Bonifacio traducitur apud populum chriſtianum, 1295. VII. de illius abdicatione legibus facta, VIII. in orientem fugam meditatur, XI. vento repellitur, ib. deducitur ad Bonifacium, ib. conſilia ſuadentium, ut pro pontifice ſe gereret, damnat, XII. traditur arctæ cuſtodiæ ib. archiepiſcopum Cuſentinum ſanat, ib. includitur Fumonis turri, XIII. arcte tractatur a Bonifacio, ib. ejus patientia, XIV. ſancte moritur, ib. crux ante carceris portam rutilare viſa, XV. ſepelitur Ferentini, ib. ipſius literæ encyclicæ de inito a ſe pontificatu, 1294. XV. ut diu Cardinales circa deligendum pontificem diſſenſerint, ib. ut pontificatu ſibi delato obſtupuerit, ib. implendi divini imperii ſtudio illum admiſerit, ib. commendarit ſe præſulum & fidelium precibus, ib. reges ad adminiſtrandos pie principatus ſollicitat, ib. reſtituendæ in Syria religioni dat operam, ib. pacis leges inter Carolum II. Siciliæ regem & Jacobum Aragonum confirmat, ib. & ſeq. Siculorum rebellionem orienti attuliſſe exitum oſtendit, ib. obſtringit Jacobum ad cogendam armis Siciliam in obſequium eccleſiæ, ib. addit hypotheſim, pacis hujuſmodi beneficio ipſum fruiturum, ſi promiſſis ſteterit, ib. conventis inter Carolum regem Neapolitanum & Aragonios aſſentitur Cæleſtinus, & qua de cauſa, ib. prudentiſſime in re tanti momenti ſe geſſit, ib. indicit ſubſidiarias decumas pro ſuſtinendis belli Siculi ſumptibus, ib. pium illius ad reſtituendam Syriæ religionem ſtudium, ib. decernit prius Siciliæ inſulam ad officium revocare, ib. debellata Siciliæ inſula, meditatur fidelium arma in Sarracenos vertere, ib. decumas in belli illius ſumptus imperat, ib. monet Philippum Regem Francorum ut concordiæ leges ad ipſum ſpectantes impleat, ib. pontificiæ ad illum ea de re literæ, ib. paruit pontifici rex, ib. admonet quoque Jacobum Aragonium, ut conventa impleat, ib. datæ ad ipſum ea de re literæ, ib. ipſum ſollicitat ut in Siciliam ſe conferat, ib. promovendæ pacis ſtudio Neapolim ſe confert pontifex, ib. chriſtiana res ingens damnum abeunte e pontificatu Cæleſtino paſſa, ib. Jacobum Aragonium de contractis vetitis nuptiis increpat, ib. & ſeq. proponit ob oculos ſuperiora flagitia, ib. & ea illicito matrimonio cumulata, ib. triſtes

— Regulares ante ſæculum XI. non inſtituti, *Pag. t. xvi.* 1039. VIII. nullum certum habent inſtitutorem, IX. primum eorum monaſterium Avenione fundatum in eccleſia s. Rufi, *ib.* eorum priores abbates ignoti, XI. eorum Aroaſienſis congregatio fundatur, *Pag. t. xviii.* 1097. XIX. introducuntur in eccl. s. Genovefæ Pariſiis ab Eugenio III. & quare, *Bar. t. xix.* 1147. IV. ob novi prioris electionem cum ſuo abbate graviſſime contendunt *ib.* monachi, & fratres quandoque dicti, *Pag. t. xix.* 1159. VIII. pro aliis in judicio poſtulare non poſſunt, *Ray. t. i.* 1206. XXXV.

— s. Andreæ in Scotia opponunt ſe regi in electione novi Metropolitani, *Bar. t. xix.* 1180. VI. præcipiuntur ab Alexandro III. conſtanter reſiſtere regiæ violentiæ, & epiſcopum legitimum in ſede collocare, VII.

— Antiocheni renuunt cum proceſſione obviam ire Rodulpho Mamiſtano intruſo patriarchæ, *Bar. t. xviii.* 1136. XXIX.

— Cantuarienſes eligunt archiep. abſque conſenſu epiſcoporum, *Bar. t. xix.* 1170. LI. reprehenduntur de audacia præſumptuoſa a Petro Bleſenſi, LIII. jubentur eccleſiam ſuam expiare ſanguine s. Thomæ pollutam, 1172. XI. de canonizatione eodem certiores fiunt ab Alexandro III. 1173. VI.

— Conſtantienſes deſerunt Carolum epiſc. ſuum, & ſimoniæ accuſant, *Bar. t. xvii.* 1071. I. *& ſeq.* ab ejus communione ſe abſtinent, *ib.*

— Lugdunenſes a s. Bernardo increpantur, quod audeant celebrare conceptionem B. V. abſque licentia eccleſiæ Rom. *Bar. t. xviii.* 1136. XIII. XIV.

— s. Petri Romæ obtinent per diploma ab Eugenio III. quartam partem oblationum ſuper majus altare offerri ſolitarum, *Bar. t. xix.* 1153. I. ſcribunt mendaciſſime ad conciliabulum papienſe pro Octaviano antipapa, 1160. IV. eumdem adoratione, & oſculo pedum pontificem profitentur, X. inveſtigant de Alexandri p. electione, & nova dignitate, XI. cadaver Pauli IV. ad eccleſiam deferunt, *Ray. t. xv.* 1559. XXXV.

Canonici libri: eorum catalogum qui ex Latinis atque Græcis ſcripſere, *Bar. t. vi.* 405. LXIII.

Canoniſſæ a Guidone Flandriæ comite in eccleſia Audanenſi inſtitutæ, *Ray. t. iii.* 1285. LXXXI.

Canonizationes ſolemnes ante ſæculum XI. pontificibus Romanis non reſervatæ, *Pag. t. xii.* 754. VII. ante ſæculum X. non peractæ, *Pag. t. xiii.* 794. XIII. canonizationes inſigniores ante Alexandrum III. factæ recenſentur, *Pag. t. xvi.* 993. III. *& ſeq.* ante eum Metropolitani canonizabant, V. eæ ab eodem ſedi apoſt. reſervatæ, VI. ipſis quanta olim cum difficultate Rom. pontifices peregerint, *Bar. t. xix.* 1161. I. ea quanta conſilii maturitate perfici conſueverint, *Ray. t. ii.* 1255. LVI. 1256. XXV. *vide*, Conſecratio.

Canonizationes; ritus canonizandi martyres antiquus uſus, *Bar. t. ii.* 166. III. *vide*, Martyres. canonizandi ſanctos ritus antiquitus quis fuerit, *Bar. t. xvi.* 1027. XIII. & 993. VII. *& ſeq.* eos canonizandi forma, *Pag. t. xvi.* 993. II. certi ritus hac in re adhibiti, VII. quales ſervari ſoliti in tribuendis cuipiam ſanctorum honoribus, *Ray. t. vi.* 1347. XXXIV. ut peragenda primum inquiſitio, *ib.* illius acta publica mittenda pontifici, *ib.* horum examen tribus cardinalibus committendum, XXXV. ut excipiantur dicta teſtium, *ib.* vocentur in conſilium prælati, XXXVI. deſignentur, qui ea argumento conciones habeant, *ib.* deligantur cardinales, qui eccleſiaſticum officium inſtituant, XXXVII. de cœtu celebrando, *ib.* ſupplice oratione habenda ad pontificem, *ib.* danda indulgentia, XXXVIII. ornanda ſolemni pompa, *ib.* indicendis precibus, *ib.* decantando hymno *Veni Creator*, XXXIX. formula decernendi cuipiam ſanctorum honores, *ib.* concinendæ poſtea Deo laudes, *ib.* inter ſacra fit mentio ejuſdem ſancti, *ib.* ad ſolum pontificem ſpectat cuipiam ſanctorum cultum decernere, 1351. XVI. objurgati ab Urbano V. qui ſine apoſtolicæ ſedis judicio ss. honores cuiquam

quam conferunt, *Ray. t. vii.* 1368. XI. *& ſeq.*

Canonizationes ſanctorum: de b. Auguſtino archiep. Nidroſienſi in ſanctorum album reponendo agitatur, *Ray. t. iii.* 1268. XLVIII. qui ritus ſervatus in b. Bonaventura in ſanctorum numerum referendo, *Ray. t. xi.* 1482. XLVI. s. Cajetani fr. Philippi canonizatio a Clemente X. *Ray. t. xiv.* 1547. CXXXVI. s. Canuti regis Danorum, *Bar. t. xix.* 1164. L. s. Canuti alterius junioris, Danorum regis, *ib.* ad quem annum referenda, *in not. Bar. t. xix.* 238. plurium populorum precibus flexus Joannes XXII. duobus epiſcopis provinciam dat, ut ſacrum de miraculis b. Claræ e Montefalcone examen, & publicas tabulas rite conficiant, *Ray. t. v.* 1317. LV. s. Eduardi Angliæ regis, *Bar. t. xvii.* 1066. V. & *t. xix.* 1161. I. s. Gerardi Leucorum epiſc. *Bar. t. xvii.* 1053. IV. inſtitutum de Gregorio X. in ss. numero referendo ſacrum examen, *Ray. t. iii.* 1276. XIII. de ejus miraculis religioſum examen, *Ray. t. v.* 1326. XXXII. inſtitutum apoſtolicæ ſedis juſſu de s. Hedvvigis miraculis examen, *Ray. t. iii.* 1262. XXVII. eadem in ſanctorum catalogo collocata a Clemente IV. 1267. XLI. canonizatio s. Helenæ Wiſigothæ, *Bar. t. xix.* 1164. L. s. Henrici primi Romanorum imperatoris, 1152. IV. item Hugonis epiſc. Gratianopolitani, *Bar. t. xviii.* 1134. I. II. excitatur Joannes XXII. a Gallo rege duceque, & clero Britannico ut patrata b. Ivonis meritis miracula in religioſum examen adduci jubeat, *Ray. t. v.* 1330. LVIII. s. Laurentii Dublinenſis epiſc. *Bar. t. xix.* 1181. XIV. poſtulante Philippo Franc. rege Nicolaus III. b. Ludovici miracula in acta publica redigi jubet, *Ray. t. iii.* 1278. XXXVIII. de eodem ss. catalogo adjectu diploma Bonifacii, *Ray. t. iv.* 1297. LVIII. de s. Ludovico ep. Toloſano ſanctis annumerando actum, 1312. XXV. & *Ray. t. v.* 1317. IX. canonizatio s. Ludovici a Clemente X. *Ray. t. xiv.* 1547. CXXXVI. s. Ottonis Bambergenſis epiſc. Pomeranorum apoſtoli canonizatio, *Bar. t. xix.* 1189. XIII. item s. Petri Anagnæ epiſc. *Bar. t. xviii.* 1105. XIV. inſtituitur apud ſedem apoſtolicam, ut Philippo archiep. Bituricenſi miraculis claro ſanctorum cultus decernatur, *Ray. t. v.* 1323. LXVII. de eiſdem miraculis examen jam ante inſtitutum ab Urbano IV. Clemente IV. & Clemente V. *ib.* qua maturitate conſilii eccleſia illa diſcutiat, *ib.* duo epiſcopi vitæ illius geſta, & patrata prodigia adducere in examen juſſi, *ib.* Richardus epiſc. Ciceſtrenſis ſanctorum catalogo adſcriptus, *Ray. t. iii.* 1262. XXIII. de Roberto archiep. Cantuarienſi ſanctorum numero adiiciendo agitatur, *Ray. t. v.* 1318. XXIX. s. Romualdi canonizatio, *Bar. t. xvi.* 1022. V. item s. Roſæ a Clemente X. peragitur, *Ray. t. xiv.* 1547. CXXXVI. s. Simeonis anachoretæ Trevirenſis, *Bar. t. xvi.* 1037. III. s. Suviberti a Pipino rege apud Zachariam p. procurata, *Bar. t. xii.* 754. X. dilata, & quare, *ib.* ejuſdem ſancti a Leone p. facta, & coram quibus ſit peracta, *Bar. t. xiii.* 804. III. s. Thomæ Cantuarienſis, *Bar. t. xix.* 1173. I. V. de b. Thoma Aquinate in ſanctorum numero adiiciendo agitatur, *Ray. t. v.* 1318. XXX. b. Thomæ epiſc. Hereſordenſis canonizatio, 1320. XLIII. item s. Ubaldi epiſc. Eugubini, *Bar. t. xix.* 1192. I. s. Uldarici epiſc. Auguſtani, *Bar. t. xvi.* 993. I.

Canopus idolum in Ægypto, *Bar. t. iv.* 389. XCVI. ejus templi demolitio, *ib.* liberatur a Dæmonum invaſione per ſanctorum martyrum reliquias, *Bar. t. vii.* 414. XX.

Canoſſæ ſynodum celebrat Innocentius II. *in not. Bar. t. xviii.* 356.

Cantabra quæ, *Bar. t. iii.* 312. XXXIII. unde dicta, *ib.* in quibus differant a Labaro, XXXIV. Cantabrarii qui, XXXIII.

Cantabria a Francorum regibus capta, *Pag. t. ix.* 542. VII. Cantabris rebellantibus portæ Jani apertæ, *Bar. t. i. t.* IX.

Cantabrigiana academia inſtituta a Joanne XXII. *Ray. t. v.* 1318. XXVI.

Cantabug civitas novæ ſectæ ſedes, *Bar. t. xv.* 894. X. quænam illa, & quam perverſa, *ib.*

Cantacuzenus: ejus hiſtoria in quem annum deſinat, *in not. Ray. t. vi.* 627. Jacobus Pontanus refellitur, *ib. Vide,* Joannes Cantacuzenus.

Cantarus in atrio eccleſiæ Vaticanæ, *Bar. t. t.* 57. CVIII.

Cantianilla martyr Aquilejæ ſub Diocl. *Bar. t. iii.* 303. CXXIII.

Cantianus martyr Aquilejæ ſub Diocl. *Bar. t. iii.* 303. CXXIII.

Cantici: canticorum nefaria expoſitio per Theodorum Mopſueſtenum, *Bar. t. x.* 586. LXXX.

Cantium, ſeu Cantia; ejus regni initium, *Pag. t. x.* 597. VI. ibi fides Chriſti recipitur, II. *& ſeq.* a Merciis vaſtatur, *Pag. t. xi.* 676. XV. 677. V. rariores habet falcones, *Bar. t. xii.* 725. XV.

Cantius martyr Aquilejæ ſub Diocl. *Bar. t. iii.* 303. CXXIII.

Cantor, ſeu pſalmiſta, officium potius, quam ordo, *Bar. t. i.* 44. LXXX. ſola juſſione presbyteri munus obire poterat, *ib.*

Cantores Romani miſſi in Franciam ab Adriano papa ad correctionem cantus Gallicani, *Bar. t. xiii.* 787. LXVIII. *& ſeq.* iidem cum Gallis Romæ diſſident, *Pag. t. xiii.* 787. IX. in Galliam a Carolo Magno adducuntur, *ib.*

Cantuaria, quæ & Dorobernia, proditione Elmerici archidiac. Dania proditur, & evertitur, *Bar. t. xvi.* 1011. IV. ab eiſdem capitur, & devaſtatur crudeliter, *Pag. t. xvi.* 1011. III. *& ſeq.*

Cantuarienſes archiep. e monaſteriis de more aſſumpti, *Pag. t. xviii.* 1123. XVIII. non niſi ter e clero, *ib. & ſeq.* Cantuar. archiep. electio ſine ſuffraganeis celebrata confirmatur, *Ray. t. i.* 1206. XXXIII. ei cingendi corona regis Angliæ jus confirmatum, *Ray. t. iv.* 1308. XVIII.

Cantuarienſis eccleſia judicatur præeminere Eboracenſi, *Bar. t. xvii.* 1072. XI. XII. poſt mortem Lanfranci quadriennio graviter afflicta a Guillelmo II. Angliæ rege, 1089. XII. ejus privilegia a Paſchali II. papa confirmantur, *Pag. t. xviii.* 1107. X. damnato pſeudoarchiep. Thoma Cramnero, Cantuarienſis eccleſia cardinali Polo attribuitur, *Ray. t. xiv.* 1555. XXXI.

Cantuarienſis ſynodus, *Vide,* Concilium.

Cantus molles reprehenduntur, *Bar. t. t.* 60. XXX. de his Ciceronis ſententia, *ib.* feminarum cum viris interdicti, XXV. cantus poſt cœnam, 57. CXXXVIII. illecebra cantus ſenſim hæreſis in Gallia hauritur, *Ray. t. xv.* 1558. XV.

Cantus: cantandi ritus diverſarum eccleſiarum, *Bar. t. t.* 60. XXXIII. in eccleſiis populo cur vetitus, XXVIII. in cordibus apud Paulum quid, XXIV. cantus drammaticus qui, *ib.* eorum modeſtiam corrumpentes objurgat, XXXI. in his geſtus olim fieri ſoliti, exſoleverunt, XXV. cantus ſententia patrum probatus, XXVI. quam proficuus, XXXII. XXXIX. in proceſſionibus qualis, *Bar. t. iv.* 401. L. cantus alterni inter fideles origo, & antiquitas, *Pag. t. iv.* 400. XIV. *& ſeq.* ejus diſciplinam Carolus Magnus emendavit, *Bar. t. xiii.* 807. III. nova cantandi methodus a Guidone Aretino excogitatur, *Pag. t. xvi.* 1022. VIII. in ſymbolo

bolo non omnia cantari debere, quæ creduntur, 809. LVII.

Cantus chriſtianorum privati quales, *Bar. t. i.* 60. XXXVIII. cantus lætitiæ in eorum funere, *Bar. t. x.* 590. XXXIX. cantus in funere Cæſaris, *Bar. t. v.* 368. X. cantus eccleſiaſticus unde ortus, *Bar. t. i.* 60. XXIV. ejuſdem traditio, *ib.* die & nocte in eccleſia, XXV. qualis, XXIX. ejus corruptores, XXXIV. eum abrogare niſus Paulus Samoſatenus, *Bar. t. iii.* 272. VII. a Juſtiniano eccleſiis traditus receſſis Roma legatis, *Bar. t. ix.* 324. XXII. cantum eccl. Romanum accepit eccleſia Anglicana, *Bar. t. xi.* 679. VIII. per Stephanum eidem traditus, 669. IX. cantus eccleſiæ Gallicanæ per Stephanum papam reſtituitur, *Bar. t. xii.* 754. VII. idem reſtituitur per Hadrianum papam, *Bar. t. xiii.* 787. LXVIII. damnatus a Wicleſitis hæreticis, *Ray. t. vii.* 1382. XXXIV. ſuburbiorum Carcaſſone expugnatio facta canente clero, *Ray. t. i.* 1209. XXIII. eccleſiaſticorum cantu territi hæretici, 1211. XV. propulſati, 1212. XII. cantus Eſſenorum, *Bar. t. i.* 60. XXV. cantus pſalmorum in univerſa eccleſia, XXVII. ſemper uſitatus non tamen ubique, *Bar. t. v.* 384. XXVI. 387. XV. Mediolani quando cœperit, *ib. & ſeq.* canuntur pſalmi in tranſlatione reliquiarum, *Bar. t. x.* 590. XLVIII. cantandi ter *Sanctus* antiquus in eccleſia uſus, *Bar. t. ii.* 142. XII. Cantici *Te Deum* auctor licet incertus, illud tamen, ſtante antiqua traditione, divis Ambroſio, & Auguſtino attribuendum, *Pag. t. vi.* 388. XI. canticum aliud s. Stephani in carcere, *Bar. t. xiii.* 762. V.

Canuſia, ſeu Canuſium locus Italiæ, *Bar. t. xv.* 866. XX. ſubjicitur diœceſi Barenſi ab Urbano II. *Bar. t. xvii.* 1089. VI.

Canuſina eccleſia eadem quæ Barenſis, *Bar. t. xvii.* 1089. VI. ejus unio cum Barenſi ab Urbano II. confirmatur, *Pag. t. xvii.* 1089. II.

Canutus, ſive Cnutus Svani Danorum regis filius patri in regno ſuccedit, *Bar. t. xvi.* 1014. XVII. defuncto Ethelredo rex Anglorum eligitur, 1016. II. laudatur a patre, III. epiſc. multos ab Anglia in Daniam adducit propagandæ chriſtianitatis gratia, *ib.* ea de cauſa ab Uvano Hamburgenſi archiepiſcopo increpatus benigne audit, & eumdem majori amore complectitur, *ib.* Romam peregrinatur, & quantum in pietate profecerit, ex ejus epiſtola colligitur, 1027. II. obtinet ſuis liberam eundi, & redeundi poteſtatem ad urbem, III. juſtitiam unicuique fieri jubet, V. emit magna pecunia brachium s. Auguſtini, & ſecum delatum apud Conventriam collocat, VII. cum Olavo Northmannorum rege continuum bellum gerit, 1028. VII. IX. quæ dona miſerit Willelmo duci Aquitaniæ, 1029. XVI. naſcitur ex Sueſſione Daniæ rege, *Pag. t. xvi.* 944. V. Angliæ rex ſalutatur, 1014. V. ab Ethelredo rege in patriam redire compellitur, VI. in Angliam irrumpit, 1015. I. *& ſeq.* mortuo Ethelredo ab Anglorum parte rex Angliæ ſalutatur, 1016. I. fruſtra Londoniam obſidet, II. cum Edmundo Ethelredi regis filio regnum partitur, III. mortuo Edmundo ſolus in Anglia regnat, XIV. in univerſa Anglia rex agnoſcitur, 1017. IV. Emmam Ethelredi regis viduam uxorem ducit, V. ejus virtutes, VI. eccleſiis, & monaſteriis favit, VII. s. Elphegi Cantuarienſis epiſcopi corpus de tumulo levat, 1020. III. alia ejus pia opera, *ib.* Norvegiam ſibi ſubjicit, IV. Romam orationis cauſa pergit, 1027. V. coronationi Conradi Salici in imperatorem præſens adeſt, II. Olavum regem Norvegiæ e regno pellit, 1028. VIII. moritur 1035. VII. Svvanum filium Norvegiæ & Hardecanutum alterum ex filiis Daniæ regem ante mortem dicit, *ib.* ejus obitus quo anno conſignandus, *in not. Bar. t. xvi.* 617.

s. Canutus qui, & Kanutus Daniæ rex creatus, accipit humaniſſimas a Gregorio VII. literas, *Bar. t. xvii.* 1079. XXXI. plurimum laudatur ob ſummam pietatem, & alias virtutes, 1081. XXXVI. pro decimis a populo perſolvendis in uſum eccleſiarum, & clericorum laborat, XXXVIII. a populo furore correpto intra eccleſiam trucidatur, & fit martyr, XXXIX. martyrium facit, *Pag. t. xvii.* 1081. XIV. patruus fuit, non pater s. Canuti junioris, XV. b. Carolum Bonum Flandriæ comitem filium habuit, *ib.* quo anno inter ſanctos adſcitus, *in not. Bar. t. xviii.* 153.

s. Canutus junior martyrium patitur, *Pag. t. xviii.* 1130. LI. 1133. XXI. fuit rex Obotritorum, & Slevicenſium dux, 1130. LII. *& ſeq.* s. Canuti Daniæ regis ex fratre nepos, non filius fuit, *ib.* refertur in album ſanctorum ab Alexandro III. *Bar. t. xix.* 1164. L. & *Pag. ib.* XII. *& ſeq.* ad quem annum ejus canonizatio ſit referenda, *in not. Bar. t. xix.* 238.

Canutus Daniæ rex inita cum Suenone Norvegiæ rege pace, totus convertitur ad expugnandos Slavos infideles, *Bar. t. xviii.* 1146. XXI.

Canutus Daniæ rex, dum exercitum pro liberanda Terra ſancta cogit, diem claudit extremum, *Bar. t. xix.* 1189. XI.

Canutus rex Daniæ injuſte cæſus, *Ray. t. i.* 1206. XX.

Caozolinum Rogerii Siciliæ regis per Apuliam vicarium electum Aquinatem deducit, *Bar. t. xviii.* 1136. III. cum Guarino Rogerii Siciliæ regis cancellario conſultat de ſubjiciendo regi monaſterio Caſſinenſi, *ib.* Caſſinenſibus novi abbatis electionem prohibet, 1136. XIII.

Capella eccleſiæ Rhemenſis a Carolo Calvo reſtituitur, *Bar. t. xiv.* 845. XXXIX.

Capellæ dedicatio in Eresburgo a Leone papa, *Bar. t. xiii.* 799. XI.

Capella cognomento Cæcilius, *Bar. t. ii.* 198. XX.

Capella Antiſtius magiſter Commodi imp. *Bar. t. ii.* 199. LVI.

Capelletti piratæ ad officium revocati, *Ray. t. i.* 1223. XIII.

Capellianus præſes in Numidia, *Bar. t. ii.* 238. VII.

Capellis abbatia Rhemenſi eccleſiæ ſedis apoſtolicæ auctoritate reſtituitur, *Bar. t. xv.* 893. VI.

Caphargamala villa Gamalielis interpretatur, *Bar. t. i.* 34. CCCIII.

Capharnaum una ex decem civitatibus Galilææ, *Bar. t. i.* 31. LV. Chriſti civitas appellata, & cur, LVI. unde dicitur, LXV. ei, & Coroſaim quando evenerint mala prædicta a Domino, 69. XLVIII.

Capharnaum fons apud Geneſareth, *Bar. t. i.* 31. LXIV.

Capillatæ virgines ſacræ in Africa, *Bar. t. v.* 362. CCLXXIII.

Capilli Jeſu Chriſti in Galliam delati, *Ray. t. i.* 1205. LX.

Capilli B. V. in pretioſa theca a Nicolao III. repoſiti, *Ray. t. iii.* 1280. XXVI. reconditique in Lateranenſi baſilica, *ib.*

Capilli s. Joannis Baptiſtæ in Hiſpaniam miſſi, *Bar. t. x.* 599. XXVI.

Capilli: eorum deſecatio in virginibus Deo dicandis quid ſignet, *Bar. t. i.* 57. XCIII. eorum amputandorum diverſi ritus, *ib.* eorum abraſio omnis in contumeliam, 58. CXXVI. eis denudare feminam magna eſt ignominia, *Bar. t. iii.* 285. XII. eorum prolixitas damnata in monachis, *Bar. t. v.* 361. XXXIX.

eos

eos laxantes clericos Gregorius papa quomodo puniat, *Bar. t. xii.* 721. IV. capillorum cirri ſolum in ſignum filiationis adoptivæ reſecari, 684. VII. eorum reſectio quid in religioſis ſignificet, *Bar. t. xiv.* 861. XLVI. eos mittere apud Barbaros aliquos ſummæ fidei pignus olim fuit *Bar. t. xv.* 869. LXXIII. eorum ornatus, *Vide*, Ornatus.

Capiſtranenſis, *Vide*, Joannes e Capiſtrano.

Capiſucchia familia eadem eſt ac familia comitis de Thun Germana, *Ray. t. xv.* 1562. X. *Vide*, Joannes Antonius Cincius, & Papirius Capiſucchii.

Capita tria Chalcedonenſis concilii rurſum deducta in controverſiam, *Bar. t. x.* 592. VI. 594. I.

Capita præcipua hæreſis Manicheæ Aurelianis ortæ recitantur, *Bar. t. xvi.* 1017. III. alia illius quæ in Aquitania graſſatur, V.

Capite Bubula, locus ſic dictus in urbe, *Bar. t. ii.* 121. II.

Capitale ſupplicium ab Honorio ſancitum adverſus perturbatores eccleſiarum, *Bar. t. vi.* 398. XXII.

Capitium quid, *Bar. t. iii.* 261. XLI.

Capito Flori centurio, *Bar. t. i.* 68. XXXVIII. ejus opera Cajus in Judæos impellitur, 41. XXII. ejus literæ ad Cajum contra Judæos, *ibid.*

Capito epiſcopus Hieroſolymorum, *Bar. t. ii.* 157. I.

Capito Donatiſta una cum collegis profectus ad Conſtantinum, *Bar. t. iii.* 313. XXI.

Capitolina martyr in Cappadocia ſub Galerio, *Bar. t. iii.* 304. LXXII.

Capitolina Agonalia nova Romæ inſtituta chronologia, *Bar. t. ii.* 240. II.

Capitolini ludi qua anni parte celebrati, *Pag. t. ii.* 338. VI.

Capitolium concrematum reſtituitur a Veſpaſiano, *Bar. t. i.* 72. XII. idem, ubi templum Jovis ſpoliatum ſqualler, *Bar. t. vi.* 389. LVI. noctu obſeſſum a Columnenſibus, *Ray. t. viii.* 1400. VI. Paulo IV. morti procimo, a ſeditioſis occupatus, multaque in eo patrata facinora, *Ray. t. xv.* 1559. XXXVI.

Capitolium in multis civitatibus, *Bar. t. iii.* 255. XXVII.

Capitolium Conſtantinopoli, ubi erant ſcholæ artium liberalium, *Bar. t. vii.* 425. XXIII.

Capitula varia conciliorum & ſynodorum: capitula ſynodi Aquiſgranenſis ſub Lothario rege Francorum habita, *Bar. t. xiv.* 860. XXIII. alia Confluentanæ ſynodi inter reges Francorum facta, 860. XV. alia ſynodi Lingonienſis de erroribus Gotheſcalci apud concilium Tullenſe lecta reponuntur, 859. XVII. alia ex concilio Meldenſi excerpta a Carolo Calvo, & principibus & approbata, 846. IX. alia ejuſdem ad ſynodum Sueſſionenſem addita, 853. XVII. & *ſeq.* alia ſynodi Metenſis pro Lotharii defuncti regno ad Carolum Calvum transferendo, *Bar. t. xv.* 869. CI. alia concilii Romani ſub Zacharia p. *Bar. t. xii.* 743. XVIII. alia Romanæ ſynodi in cauſa Colonienſis, & Trevirenſis archiepiſcoporum, *Bar. t. xiv.* 863. XXIII. alia duodecim ſynodi ignotæ, *Bar. t. xv.* 904. XXVI. & *ſeq.* alia ſynodi Viennenſis conſenſu Formoſi p. congregatæ, 892. XII. capitulum ſynodi ſecundæ Wormatienſis, *Bar. t. xiii.* 771. XXI.

Capitula: de Capitulis LXXX. ab abbatibus ad regulares ſpectantibus conſtitutis ſub Ludovico imp. *Bar. t. xiii.* 817. VII. alia Adventii Metenſis epiſcopi ad Nicolaum p. *Bar. t. xiv.* 863. LII. & *ſeq* capitula legibus a Carolo M. addita, *Bar. t. xiii.* 801. X. capitula ejuſdem & Ludovici Pii imperatorum ab Anſegiſo collecta, *Bar. t. xiv.* 845. XXXVIII. a Benedicto levita tribus libris diſtincta, tribus filiis Ludovici Pii dedicata, *ib.* quando fuerint promulgata per Lotharium imp. 847. XII. alia Caroli Calvi quondam contra bannitos, & latrones lata renovantur, & quare, *Bar. t. xv.* 873. V. duodecim capitulis Cyrilli minime eſt derogandum, *Bar. t. x.* 553. CXCVIII. alia Friderici imp. legatis ap. ſedis propoſita, *Bar. t. xix.* 1159. XV. alia ejuſdem Alexandro III. fraudulenter, & impudenter propoſita, & quænam illa, 1170. LIX. alia decem Græcorum imperatorum calumnioſe Latinæ eccleſiæ propoſita diluuntur, *Bar. t. xv.* 867. LXIV. alia præſcripta ab Hormiſda p. ſervanda ab Orientalibus, *Bar. t. ix.* 515. XXXVI. alia tria a Juſtiniano imp. appoſita, *Bar. t. x.* 546. X. illius primum contra Theodorum Mopſueſtenum, XXVI. ſecundum adverſus ſcripta Theodoreti, XXVII. tertium adverſus Ibæ hæretici epiſtolam ad Marin Perſam, XXVIII. alia a legatis ſed. apoſt. Friderico imp. præſcripta, & quænam, *Bar. t. xix.* 1159. XIV. aliud Leonis p. de conſervando unicuique metropolitano ſuo jure quomodo intelligendum, *Bar. t. xiv.* 863. LXI. alia centum ſex Nicolai p. ad conſulta Bulgarorum remiſſa, *Bar. t. xv.* 866. VII. alia quinquaginta duo falſa Photii contra Ignatium patriarcham conficta, 867. XCVII. alia quadraginta ſex Theodulphi Aurelianenſis epiſc. ad compresbyteros, *Bar. t. xiv.* 835. V. *uſque ad* XXV. alia a Willelmo Siciliæ rege, ut abſolveretur ab excommunicatione, *Bar. t. xix.* 1155. XXIII. 1156. IV. alia viginti ſeptem a Zacharia p. ad Pipinum regem, *Bar. t. xii.* 744. IV. *uſque ad* XIV.

Capitula inter Eugenium III. p. & Fridericum novum Romanorum regem, *Bar. t. xix.* 1152. V. alia pacis inter regem Francorum, & regem Angliæ, 1168. XV. alia inter Henricum Germaniæ regem, & Paſchalem p. II. pro recipienda corona imperiali, *Bar. t. xviii.* 1110. II. quomodo ſint diſſoluta, 1111. VIII. alia inter Romanos & Clementem III. *Bar. t. xix.* 1188. XXIII. *Vide*, Concordia, & Pax.

Capitularia: capitulare adverſariorum Nicænæ ſynodi miſſum a Carolo M. ad Hadrianum p. *Bar. t. xiii.* 794. XXXI. aliud Mantuanenſe Caroli M. explicatur, *Pag. t. xiii.* 776. XII. 779. I. aliud continens LXXXII. capitula ab eodem publicatur, 789. III. 801. VI. aliud continens capitula XI. res Saxonicas ſpectantia ab eodem editum, 797. VI. aliud de honoranda ſede apoſtolica non ejuſdem eſt, ſed ſynodi Triburienſis, 801. VI. capitulationes Saxonicæ Caroli M. ad quod tempus referendæ, 804. XII. alia varia ejuſdem, 806. VII. 807. VIII. aliud ejuſdem excerptum ex quinque ſynodis, capitulis viginti ſex, non quadraginta ſex conſtat, 813. XV. XIX. illud capitulis XLVI. conſtans a priori valde diverſum, XIX. aliud Ludovici Pii viginti ſeptem capitulis conſtans quo anno editum, 819. I. capitularium Caroli M. & Ludovici Pii collectiones auctores ſunt Anſegiſus abbas, & Benedictus levita, *Pag. t. xiv.* 845. XVI. & *ſeq.* aliud quinque capitulis conſtans, 821. IV. aliud Attiniacenſe, 822. III. aliud Wormatienſe, 829. VI. aliud Triburienſe contra clericorum percuſſores, 822. XVII. aliud Caroli Calvi ſex capitulis conſtans, 843. IX. aliud Theodulphi epiſc. Aurelianenſis, 835. VI. & *ſeq.* alia regum Francorum ab eccleſia probata, *Pag. t. xv.* 909. I. illuſtre eorum teſtimonium in ſynodo Troſlejenſi, *ib.* & *ſeq.* in Germania, & in Italia per plura ſecula viguerunt, *ib.* alia inter Innoc. III. & Conſtantiam imperatricem & reginam Siciliæ, ejuſque filium Fridericum qua-

lia

Digitized by Google

lia fiant, *Bar. t. xvııı.* 1097. LXVI. LXX.
Capitolata argentea vaſa in eccleſiæ miniſterium, *Bar. t. ııı.* 303. VII.
Capocius card. in Germaniam legatus miſſus, *Ray. t. ıı.* 1247. II.
Caponius dictator Florentinæ reipublicæ prudenter paciſci nititur cum Clemente pro reducendis Florentiam Mediceis, tuendaque libertate, *Ray. t. xııı.* 1529. LXXI. a ſeditioſis, & imprudentibus vocatur in jus tamquam proditæ reipublicæ reus, LXXII. pellitur magiſtratu, LXXIII.
Cappadoces martyres ſub Diocl. *Bar. t. ııı.* 304. LXXII. eorum dira carnificina, LXXIII.
Cappadoces afflictati a Juliano, *Bar. t. v.* 362. XLVI. XLVIII.
Cappadoces præfecti infamati, *Bar. t. ıx.* 529. XXVIII. improbi judicantur, *ib.*
Cappadocia; eam Petrus petit, *Bar. t. ı.* 44. XI. ejus recens facta diviſio, & ejuſdem metropolitanæ civitates, *Bar. t. v.* 371. LXXXVI. ab Hunnis devaſtata, *Bar. t. ıx.* 515. XLIX. ejus Eccleſiæ in malo ſtatu, XLVII.
Cappadocum epiſcoporum qui laudati, *Bar. t. vı.* 406. XXIII.
Capparonus tyrannus Siciliam turbat, *Ray. t. ı.* 1203. XXXV. ex ea depulſus, LXIX. eccleſiæ conciliatus apoſt. Legatum Panormo excipit regnique adminiſtrationem illi tradit, 1204. LXXIV. proditionis accuſatus in carcerem conjicitur, ſed fugit, *ib.*
Capiæ caput immolabatur diabolo Longobardi, *Bar. t. x.* 579. X. 597. XVIII.
Capraria inſula referta monachis, *Bar. t. vı.* 398. XLIX. ibi celebriores monachi, LI. Capraria in Campania monachi, *Bar. t. x.* 591. X.
Capraſius martyr Agenni in Gallia ſub Diocl. *Bar. t. ııı.* 303. CXXIX.
Capraſius monachus Lerinenſis, *Bar. t. vıı.* 441. XVI.
Capreolus epiſc. Carthaginenſis poſt Aurelium, *Bar. t. vıı.* 430. LXXIV. legationem mittit ad concilium Epheſinum, 431. XXIII. epiſtola ejuſdem ad ſynodum, XXIV. alia ejuſdem epiſtola de Verbi incarnatione, XXVII. fit epiſc. *Pag. t. vıı.* 430. XXVI. Veſſulam diaconum ad concilium Epheſinum mittit, *ib.* & 431. XIII.
Capreus epiſc. in condemnationem Athanaſii ſubſcripſit, *Bar. t. ıv.* 355. XXII.
Capricanæ inſulæ monaſterium viſitatur juſſione s. Gregorii, *Bar. t. xı.* 603. XVIII.
Capſur dux Maurorum, *Bar. t. vııı.* 456. XI. ejus juſſu ſancti affliguntur, & aliqui martyrio coronantur, XII.
Captiones hæreticorum denudantur, *Bar. t. vııı.* 457. XLIX.
Captiva ancilla Carthaginenſis redempta, *Bar. t. vıı.* 440. XIV.
Captivi: captivorum, & occiſorum numerus in excidio Jeroſolymitano, *Bar. t. ı.* 72. XIX. captivorum redemptio ſollicite procurata a Cypriano, *Bar. t. ıı.* 254. CIX. ipſi redimendi, *Bar. t. vııı.* 494. XLI. de iiſdem redimendis Epiphanii oratio, XLVII. ſolvuntur, & dimittuntur, LII. numerus dimiſſorum a Burgundionibus, LIII. relaxantur a Godiciſelo, LIV. redempti a Romana eccleſia, LVI. redimendi ſunt ab epiſcopis, *Bar. t. ıx.* 508. IX. ſancti pro his vendebant vaſa eccleſiæ argentea, XI. eos liberat Sanctulus vir Dei a Longobardis, *Bar. t. x.* 573. XIX. vincti virtute Dei ſolvuntur, 590. L. redempti a s. Gregorio, 592. II. redempti a Mauritio imp. non vili pretio, *Bar. t. xı.* 600. IV. redempti a Joanne p. VI. *Bar. t. xıı.* 702. II. liberati apud Bulgaros a s. Joannicio, *Bar. t. xıv.* 825. LXV. Jacobi regis Aragonum in redimendis chriſtianis pietar, *Ray. t. v.* 1321. XL. veniæ ſpes ad eos redimendos ſtipem erogaturis propoſita, *Ray. t. vı.* 1344. LXIX. vendi Mauris vetiti, *Ray. t. xı.* 1486. LXVIII.
Captivitates: captivitas Boamundi Antiochiæ principis, *Bar. t. xvııı.* 1100. XXXIII. Burdini antipapæ, 1121. I. Conſtantiæ imperatricis Mauritii V. imp. uxoris, *Bar. t. xıx.* 1191. XIV. crucis Chriſti, & Balduini Jeroſolym. regis, 1187. IV. V. s. Fulgentii, *Bar. t. vııı.* 490. V. Innocentii II. papæ, *Bar. t. xvııı.* 1139. X. Iſaacii Angeli imp. Græcorum in Cypro inſula per Richardum regem Anglorum, *Bar. t. xıx.* 1191. XVI. pleriqne Itali in captivitatem redacti, *Bar. t. vııı.* 494. XLVIII. captivitatis Judæorum ſub Nebuchodneſare initium aſſignatur, *in app. Pag.* XVI. ejuſdem finis, XXIV. captivitas legatorum ſedis apoſtolicæ in valle Tridentina, *Bar. t. xıx.* 1158. II. Ludovici regis Francorum, 1149. IV. Ottonis II. imp. *Bar. t. xvı.* 983. XII. Paſchalis II. papæ, *Bar. t. xvııı.* 1111. IX. Raynaldi principis Antiocheni, *Bar. t. xıx.* 1154. VII. Richardi regis per Leopoldum Auſtriæ ducem, 1192. XIII. XVII.
Capua capitur a Sarracenis, *Bar. t. xıv.* 843. XXIX. a Guaiferio Salernitano principe obſeſſa liberatur a Joanne VIII. papa, *Bar. t. xv.* 879. LXXVIII. archiepiſcopatu honoratur, *Bar. t. xvı.* 965. V. 968. XCI. cingitur exercitu Henrici I. imp. 1022. VI. a Joanne XII. p. fit metropolis, *Pag. t. xvı.* 965. III. antea erat tantum metropolis civilis, IV. *& ſeq.* eidem principi paret, ac Beneventum, 968. I. 969. XI. cingitur exercitu a Rogerio Siciliæ comite, *Bar. t. xvııı.* 1097. XI. deditur eidem, *ib.* capitur a Rogerio Siciliæ rege, 1134. XI. redit cum toto principatu ad ſubjectionem Innoc. papæ, Roberti principis, & Henrici ducis, 1136. VI. rurſus capitur a Rogerio, & radicitus evertitur, 1137. XXIV. Othoni ſe dedit, *Ray. t. ı.* 1210. II. a Conrado ad deditionem compulſa, *Ray. t. ıı.* 1253. I. ſubinde Conrado ſe Innoc. IV. ſubjicit, venientemque excipit, 1254. LII. eadem vaſtata, *Ray. t. xı.* 1501. LXXIII.
Capuana eccleſia epiſcopo vacans, *Bar. t. x.* 594. XVIII. omnium prima in regno Neapolitano archiepiſcopatus dignitate exaltatur, *Bar. t. xvı.* 968. XCI.
Capuani Radelchim timent, *Bar. t. xıv.* 843. XXIX. ad Siconulphum Tarenti exulantem confugiunt, & ſibi principem eligunt, *ib.* eumdem Salernum comitantur, *ib.* Ludovico imp. corpus s. Germani obviam placandi cauſa mittunt, *Bar. t. xv.* 871. I. ejecto Landulpho legitimo epiſcopo Landenulphum nobilem conjugatum in ſedem introdunt, 879. LXXIX. Manſonem Caſſinenſem abbatem captum excæcant, & quare, *Bar. t. xvı.* 995. XIV. *& ſeq.* de pace tractant cum Rogerio Siciliæ comite, mediante Urbano papa, *Bar. t. xvııı.* 1097. XII. reſiliunt, & ſe judicio oppreſſos conqueruntur, *ib.* dedunt ſe Rogerio, XVI.
Capuani epiſcopi: Probus interfuit concilio Arelatenſi, *Bar. t. ııı.* 314. LI. Proterius interfuit conc. Romano ſub Melchiade, 313. XXV.
Capuanus epiſcopatus dividitur & quare, *Bar. t. xv.* 879. LXXIX.
Capuanum concilium, *Vide*, Concilium.
Capucia Henricum regis Caſtellæ fratrem urbis ſenatorem per factionem renunciat, *Ray. t. ııı.* 1267. XV.
Capuccini; eorum religio inſtituta authore Matthæo Baſſio minorita piiſſimo, *Ray. t. xıı.* 1525. CIV. is ab angelo ad Clementem VII. deductos habitus s. Franciſci formam reſtituit in Capucinis, *ib.* quis eorum auctor extiterit,

in not. Ray. t. xiv. 551. confirmatur eorum inſtitutam a Paulo III. Ray. t. xiii. 1536. XLV.

Caput Tauri regio in urbe ſic dicta, Bar. t. ii. 181. II.

Caput Bonæ ſpei, cur ita dictum a Joanne rege Luſitaniæ, Ray. t. xi. 1486. LXIX.

Caput eccleſiæ Dei filius, in app. Bar. II. unum viſibile in eccleſia ſtatuendum, Bar. t. i. 35. XVIII. totius eccleſiæ eſt papa, Bar. t. ix. 517. LVII. illud unicum eſſe demonſtratur, Ray. t. v. 1321. XXXV. illud duplex, aliud auctoritativum, aliud miniſteriale, Ray. t. xi. 1500. LXIV. negat Bucerus pontificem eſſe caput eccleſiæ, & concilii, aliquando tantum, at caput habitum aſſentitur, Ray. t. xiii. 1541. XXVIII.

Caput eccleſiæ Anglicanæ ſe dicit Henricus VIII. Ray. t. xiii. 1535. I. & ſeq.

Capita ſanctorum: caput s. Gregorii papæ a Joanne VIII. obtinet Gebehardus Conſtantienſis epiſcopus, Bar. t. xvi. 980. VIII. & ſeq. caput s. Huberti qualiter conſtitutum fuerit, cum inventum eſſet, Bar. t. xiii. 771. IV. capitis Joannis Baptiſtæ tranſlatio, Bar. t. vi. 301. VII. alia ipſiuſmet tranſlatio, Bar. t. xii. 760. I. idem reperitur, & ubi, ac populo videndum exponitur, Bar. t. xvi. 1025. IV. a malis & diverſis gentibus viſitatur, ib. caput s. Juliani inventum, Bar. t. viii. 475. XV. caput s. Pelagii pueri ubi cuſtodiatur, Bar. t. xv. 925. V. caput s. Unni archiep. Hamburgenſis Bremmam delatum, Bar. t. xv. 936. VIII.

Capita diverſorum: caput Carthuſiæ Londinenſis prioris præciſum monaſterii foribus affigitur, Ray. t. xiii. 1535. IV. & ſeq. caput Joannis card. Roffenſis præciſum vividius effloreſcit, IX. caput Joannis Colonicaſii fidei deſertoris, cum ad chriſtianam fidem reverti cogitaret, a Turcis ebſciſſum, & longo haſtili infixum in oppidi Catifæ arce, ea a Luſitanis expugnata, honorifice tumulo conditur, Ray. t. xiv. 1549. XLIV. caput Nicephori imp. perpetuæ ignominiæ ſervatum, & quali, Bar. t. xiii. 811. IV. caput Ruffini ſectum, & ſuper pilum impoſitum delatum Conſtantinopolim, Bar. t. iv. 395. XXII. caput Thomæ Mori longa coctione maceratur, Ray. t. xiii. 1535. XVI.

Caracalle Severi major natu filius, quo anno, & quo in loco natus, Pag. t. ii. 189. II. & 197. II. quo item anno, & ubi Cæſar appellatus, 195. III. ejus nuncupatio poſt annum tantum a ſenatu rata habita, 197. II. & 198. VI. imperator deſtinatus anno ſolum ſequenti a ſenatu acceptatur, ib. ejus cum Julia Domna matrimonium fictitium, 212. III. & 217. III. Caracallam Auguſtum renuntiatum, & tribunitia poteſtate exornatam oſtendunt numiſmata, 198. VII. hac illius poteſtas explicatur, VIII. & diverſimode inchoari aſſeritur, IX. Plautillam conjugem aſſumit, 199. IV. & 203. III. imperii Cæſarei dat quinquennalia, 201. III. togam virilem anno uno citius induit, ib. eodem tempore Judaicum triomphum egit, IV. conſul procedit, 202. I. imperii Auguſtei quinquennalia exhibet, 203. II. cum patre iterum triomphat, IV. cum eodem ſæculares ludos octavos edit, 204. II. conſulatum ſecundum init, & ſimul decennalia imperii Cæſarei celebrat, 205. I. & ſeq. tertium conſul Auguſtei imperii decennalia edit, 208. I. & ſeq. Cæſaris vero quindecennalia celebrat, 210. II. quo anno Britannicus appellatus ſit, celebremque motum per mediam Britanniam duxerit, indicatur, 209. II. quartum dat faſtis nomen pro edendis videlicet Auguſtei imperii quindecennalibus, 213. I. & ſeq. vicennalia Cæſarea exhibet, 214. II. cur Caracallæ nomen ipſi impoſitum, indicatur, ib. poſterioris imperii auguſtei quinquennalia dat, 216. II. prioris vicennalia celebrat, 217. II. occiditur, III. quanto tempore vixerit, & imperaverit, declaratur, IV. Vide, Antonius Caracallus.

Caradignæ ducentos monachos Sarraceni interficiunt, Bar. t. xiv. 834. XII.

Caraffa familia in fœdere Gallico ad majores obtinendos ſtatus admittitur, Ray. t. xiv. 1555. LXXIII. ejus inſignia per urbem deleta, Ray. t. xiv. 1559. XXXVI. Caraffenſes Philippo II. catholico regi commendat Pius IV. 1560. XXXI. Vide, Paulus IV. Carolus Caraffa; Joannes, & Alfonſus.

Caraffæ card. obitus eccleſiæ luctuoſus, Bar. t. v. 360. XVI.

Caramania ſubacta a Bajazethe II. Ray. t. xi. 1486. LXIII.

Caramanus bellum indicit Venetis, atque Eubœam vaſtat, Ray. t. viii. 1414. XXI. init fœdus cum Ungaris adverſus Amuratem, Ray. t. ix. 1433. XXVIII.

Ceraſanchor chriſtianus princeps in Syria concitat Tartaros in Sarracenos, Ray. t. v. 1313. IX.

Caratenes Burgandiæ reginæ moritur, Pag. t. iii. 509. X.

Carauſius tyrannus, Bar. t. iii. 297. XVII. & ſeq. purpuram ſumit, & Britanniam occupat, Pag. t. iii. 286. V. quo anno hæc rebellio contigerit, enuntiatur, VI. e Maximiano fruſtra bello exagitatus pacifice in Britannia imperat, 290. III. ipſum inter & auguſtos initam poſtea pacem demonſtrant nummi, ſed quo anno incompertum, ib. ab Allecto imperii ſocio occiditur, 293. IV. quot annis regnaverit, indicatur, ib.

Caravallis monaſterium prope Mediolanum fundatur, Pag. t. xviii. 1134. X. XIV. & ſeq. 1135. XXXI.

Carbaganda Caſſano fratri in Perſico imperio ſuccedit, Ray. t. iv. 1304. XXVII. a fide deſciſcit, ib.

Carbanda Tartarorum rex oratores ad pontificem regeſque mittit, Ray. t. iv. 1307. III. ſocia arma pro recuperanda Syria ſpondet, ib. in Sarracenos ſuſcipit expeditionem, in qua decies centena millia equorum ducit, Ray. t. v. 1313. IX.

Carbeas Manichæorum caput, Bar. t. xiv. 812. III. Romanorum arces populatur, ib. Theodori præfecti Orientis miniſter, Bar. t. xiv. 845. X. Manichæus, ib. patrem in crucem actum dolet, ib. collectis aliquot Manichæis fugit, ib. recipitur a civibus Armenmuniis, ib. cum iis Romanorum fines infeſtat, ib. Sarracenis ſe jungit, ib.

Carbonarii cruentus ludus Neapoli exhiberi ſolitus, Ray. t. v. 1327. L. intentata anathemate prohibitus, ib.

Carboniacum villa, Bar. t. xiii. 771. VI.

Carboniana Aria locus in Cælio monte, Bar. t. iii. 259. XII.

Carcaſſona fruſtra a Francis obſeſſa, Pag. t. ix. 508. VI. a Sarracenis expugnatur, Pag. t. xii. 725. III. ſuburbiorum ejus expugnatio facta canente clero, Ray. t. i. 1209. XXIII. compellitur ad deditionem, ib. prædictio excidii urbis, ib.

Carcerati ut relaxentur tempore paſchalis imperatores conſtituerunt, Bar. t. v. 367. I. item quolibet die dominico, Bar. t. vi. 409. XI. liberantur a s. Germano Ravennæ, Bar. t. vii. 435. XX. item alii ab eodem, Bar. t. x. 588. XXXII.

Carcere detenti fideles ob confeſſionem fidei celebrantur Agape chriſtianorum, Bar. t. ii. 301. XIV.

XIV. viſitabantur magna frequentia, 254. XII. & *Bar. t. III.* 260. XXVIII. ſacerdotes clandeſtina apud illos offerebant ſacrificia, *Bar. t. II.* 253. XXXIX.

—— tildem uti epiſcopos ad coercitionem delinquentium. *Bar. t. VI.* 401. LX. *& ſeq.* e carcere epiſcopali abſtrahens noxios a Deo perterretur, *ib.*

—— ci traduntur Dei confeſſores, *Bar. t. VIII.* 483. LXXXVI.

—— vinctis aperitur opera s. Columbani, *Bar. t. XI.* 612. VI.

—— quibus pleni tempore Theophili imp. *Bar. t. XIV.* 832. II.

Carceres Conſtantinopolitani longe minores amplitudine civitatis, *Bar. t. IV.* 330. XXVI. ibidem unicus & anguſtus uſque ad Phocæ tempora, *Bar. t. XI.* 607. VI. carcer Cyzicenus, in quo Paulus fuiſſe creditur, *Bar. t. I.* 58. XLIII. carcer Tullianus, *ib.*

Carceres: carcer s. Anaſtaſii Perſæ martyris, *Bar. t. XI.* 627. V. carcer apoſtolorum Romæ, *Bar. t. I.* 68. XXV. s. Cæſarii, *Bar. t. IX.* 508. IX. Joannis Baptiſtæ, *Bar. t. I.* 31. XLV. Ivonis epiſcopi Carnotenſis, ejuſque liberatio per interceſſionem s. Juliani, *Bar. t. XVIII.* 1095. XXII. XXIII. carcer s. Martini pap. *Bar. t. XI.* 651. XX. Nicetæ confeſſoris, *Bar. t. XIII.* 814. XLI. Petri Jeroſolymis, *Bar. t. I.* 44. III. eum non fuiſſe extra civitatem, V. ejus cuſtodes ab Herode ſuffocati, IX. ejus & Pauli carceris tempus ſub Nerone, 68. XXIII. item Smyrnæ, *Bar. t. XIII.* 819. XXI. item Theodori Studitæ, 814. XLI.

Carcer converſus in monaſterium, *Bar. t. XIII.* 766. XV.

Cardarigas dux exercitus Perſarum, *Bar. t. X.* 589. XLIX. ſimulat movere exercitum in Romanos LI. contra Heraclium imperatorem, *Bar. t. XI.* 627. XV.

Cardinalatus s. Hieronymi aſſertio ab ipſo Hieronymo confutatur, *Bar. t. V.* 378. LXV. ejuſdem cardinalatus objectiones, 382. XXV. ejus primi aſſertores qui fuerint, XXVI.

Cardinales qui dicti, & unde nomen, *Bar t. II.* 253. XCV. antiquus eorum habitus, *Ray. t. I.* 1213. VI. qui ritus in eorum creatione ſervari ſoliti, *Ray. t. VI.* 1338. XXVII. quo ritu cardinalitia dignitate ornentur præſules, *Ray. t. XI.* 1494. III. cardinalitiæ dignitatis elogium 1511. XXIV. cur rubrum pileum cardinales geſtent, *ib.* nullis artibus pontificia auctoritas ad cardinales derivari poteſt, 1512. VIII. eorum munus eſt aſſiſtere pontifici, *Ray. t. XII.* 1514. XXVII. aliud eorum munus, *Ray. t. XIII.* 1532. XLVII. virtutes atque ornamenta quibus prælucere debent, *Ray. t. XIV.* 1554. XXIII. cardinales promovendi antea denuntietur in cardinalium ſenatu, *Ray. t. XV.* 1559. XXXVII. nullus card. creandus reſervetur in arcano mentis, *ib.* alienationi rerum eccleſiaſticarum conſentire non debent, *ib.* circa ipſorum electionem quid ſtatuerit ſynodus Trid. 1563. CXCV. ipſorum numerus contrahi poſtulat Cæſar, 1562. LIX. iidem interdum prælati epiſcopia, *Bar. t. VII.* 431. LXXXIII. iidem in eccleſia ſeptuaginta ſeniorum apud Judæos perſonam referunt pontifex Moyſis, *Bar. t. XV.* 881. VIII. duos germanos fratres eodem tempore eſſe cardinales vetat Julius III. *Ray. t. XIV.* 1553. XLVIII. & idipſum jurant cardinales in Conclavi, *Ray. t. XV.* 1559. XXXVII. cardinalium nullum eligere, niſi cæterorum omnium cardinalium expetito conſenſu, ac ſummorum virorum teſtimonio diſpoſuit Marcellus II. *Ray. t. XIV.* 1555. XVIII.

Cardinales diaconi ſeptem in eccleſia Romana, *Bar. t. II.* 112. IX.

Cardinales omnes in exilium miſſi ſub Severino p. *Bar. t. XI.* 638. IX. eorum conſtantia, 639. VII.

Cardinales ut plurimum, ex Orientalibus allecti, *Bar. t. XII.* 705. II. diverſarum licet nationum omnes ejuſdem ſpiritus, III. quando indui prælarium poſſint, 744. VI. nomina eorum qui conſtituto Pauli p. ſubſcripſerunt, 726. II.

Cardinales: ex ſolo ordine cardinalium ad pontificatum poſſe promoveri ſtatuitur, *Bar. t. XIII.* 769. IV. nomina eorum, qui canonizationi s. Suiberti interfuerunt, 804. IV. ad reſidentiam obligabantur ſæculo IX. *Pag. t. XIV.* 853. XIII. magna tum eorum dignitas, *ib.* eos compellat Auctor, ſuadens ne umquam ſinant principes ſæculares ſe electioni pontificum immiſcere, *Bar. t. XVI.* 1033. III. iis attribuitur R. Pont. electio, *Pag. t. XVIII.* 1059. IV. & *Pag. t. XIX.* 1185. XIII.

Cardinales urbem deſerunt, intruſo in ſedem apoſtolicam, factione comitis Tuſculani, & Galeriæ, Joanne Velitrenſi epiſcopo Mincio cognominato, *Bar. t. XVIII.* 1058. X. legatum dirigunt ad Henricum III. Germaniæ regem pro eligendo legitimo pontifice, 1061. V. deluſi ab aulicis, eligunt quem maxime regi placere arbitrantur, VI. eorum dignitas poſt pontificem prima, IX. oculis prophetici lapidis comparentur, *ib.* item candelabris, *ib.* eorum proprie & præcipue eſt eligere Romanum pontificem, XVI. eorumdem levitas perſtringitur a Petro Damiani, XL. item luxus, XLIII. LI. eorum officium animas Deo lucrari, LIV. cur elegerint Alexandrum II. pont. abſque regis Germaniæ conſenſu, *ib.* & 1062. XXXI. XXXVI. *& ſeq.* Gregorio VII. morienti præſentes eumdem rogant, quem ſibi optet ſucceſſorem, 1085. XIX. quale reſponſum accipiant, *ib. & ſeq.* orant Deſiderium card. Caſſinenſem abbatem, ut velit pontificatum ſuſcipere, XXII. cum Jordano principe Capuano tractant, ut eumdem abbatem Romam perducat, XXI. venientem rogant ut pontificatum ſuſcipiat, aut illum, qui ſibi placeat, pronuntiet, 1086. II. eumdem vi pertractum in eccleſiam s. Luciæ papam renunciant, IV. monentur ab eodem moriente, ut Ottonem Oſtienſem ep. in pontificatu ſubſtituant, 1087. XVI. pro ſucceſſore Victoris III. defuncti eligendo conveniunt, 1088. I.

Cardinales nomine Paſchalis II. p. indigne jurant Henrico IV. imp. *Bar. t. XVIII.* 1111. XVII. XIX. aliquot ex iis improbant conceſſionem ab eodem Henrico IV. imp. de inveſtituris factam, XXVII. roborant anteceſſorum pontificum decreta, *ib.* admonentur unitatis conſervandæ ab eodem pontifice, XXVIII. eorum nomina, qui ea de cauſa concilio interfuerunt Lateranenſi, 1112. IX. item illorum, qui Gelaſium II. p. crearunt, 1118. IV. quantas crudelitates patiantur a Cencio Frangipane Romano, VI. timent novum Calliſtum II. pontificem ſubſtituere ob Cencii tyrannidem, 1124. VII. In Theobaldum cardinalem conſentiunt, ſed tyrannide Frangipanum tandem Lambertum Oſtienſem eligunt, VII. VIII. eorum nomina, qui Innocentii ſecundi partes tenuerunt contra Anacletum ſchiſmaticum, 1130. III. excommunicantur, & deponuntur ab antipapa, XII. audita Lotharii regis Romanorum petitione de reddendis ſibi eccleſiarum inveſtituris expaveſcunt, 1131. VII. ægre ferunt Lotharium ſe judicio rerum eccleſiaſticarum immiſcere, 1137. XVII. cum monachis Caſſinenſibus de electione novi abbatis contendunt, XXII. Bernardum s. Anaſtaſii abbatem monachum Ciſtercienſem Lucio II. ſubſtituunt, & Eugenium III. appellant, 1145.

II. de tam inopinata electione diſquiruntur pulcherrime a s. Bernardo, & ab Eugenio collaborandum admonetur, VIII.

Cardinales tredecim ſynodalem emittunt contra catholicos epiſtolam, *Bar. t. xvii.* 1098. X.

Cardinales ob ſymbolum fidei a s. Bernardo contra errores Gilberti Porretani confectum contra Eugenium inſurgunt, *Bar. t. xix.* 1148. XVI. audita s. Bernardi excuſatione conquieſcunt, XVIII. timore violentiæ Friderici imp. ſeſe in tutum recipiunt, & Hadrianum IV. papam in caſtris ſolum relinquunt, 1155. VIII. pacem Willelmo Siciliæ regi, & abſolutionem dandam diſturbant, & quare, XXIII. calumniis proſcinduntur avaritiæ & corruptionis ob non promotam Fulcheri Jeroſolymorum patriarchæ cauſam, XXIX. defenduntur ab Auctore, *ib.* publicis ſcriptis deteſtantur pacem a papa cum Willelmo rege initam, & qui eam fuerint, 1156. IX. diſcordant inter ſe, & pars illorum favet imperatori in præjudicium eccleſiæ, 1157. X. timore armatorum ſatellitum Octaviani antipapæ fugiunt cum Alexandro III. noviter electo in munitionem s. Petri, 1159. XXX. in Transtiberim ſecuritatis cauſa perducuntur, XXXI. de legitima Alexandri electione ſcribunt ad Fridericum imper. XLVII. eorumdem nomina, *ib.* conqueruntur apud imperatorem de Ottonis comitis Palatini contra Alexandrum III. & ſuos perſecutione, XLVIII. evocantur una cum Alexandro ad conciliabulum Papienſe a Friderico imperatore, 1159. L. turbantur animo, & quare, *ib.* certiores fiunt ab Arnulpho Lexovienſi epiſcopo de ejus pro Alexandro III. apud Henricum II. regem Anglorum officio, LXIV. egregie laudantur, & eorum auctoritas maxima commemoratur, 1159. LXIX. anguntur Alexandri III. cauſa ob impulſum in malam mentem a Frid. imp. Ludovicum Francorum regem, 1162. VIII. ex improviſo liberantur a Deo ab imminenti periculo, & quomodo, IX. Alexandrum in Italiam redeuntem comitantes incidunt in piratas, 1165. XIII. contumelioſis literis conveniuntur a Frid. imp. XV. tentantur ab eodem fallaciter ut Alexandrum papam deponant, 1167. IV. quid, & quam egregie eidem reſpondeant, V. nonnulli ex ipſis corrumpuntur muneribus cum totius eccleſiæ præjudicio, LXVII. LXVIII. perſtringuntur ab Auctore, LXIX. diverſis querelis impetuntur a s. Thoma, 1168. XXXIX. commonentur ab eodem reſiſtere Henrico II. Anglorum regi libertatem eccleſiaſticam opprimenti, *ib.* & XL. quinam fuerint pacis mediatores inter Alexandrum III. & Frid. imp. 1177. XLVIII. jejunio ſolemni, & aſpero obligantur a Gregorio VIII. pro recuperando s. ſepulcro, 1187. XVII. quænam & quam laudabilia inter ſe ſtatuant pro eadem recuperatione, XIX. certas etiam preces pro ea dicendas cum pontifice ſtatuunt, 1188. II. Henrici II. Anglorum regis ſtudioſi qui fuerint, 1171. VI. qui a Lucio III. creati, eorumque nomina, 1184. I.

Cardinales, quorum muneris erat rem divinam in Lateranenſi baſilica facere, *Ray. t. i.* 1216. XLVII. conſtitutio Honorii III. edita in eos qui injuriis gravioribus cardinales afficiunt, 1225. L. qui cardinales aſſederint Innoc. III. 1204. LXXXII. 1208. XXVII. 1216. XIV. Honorio III. 1222. XXVII. qui aſſederint Innoc. IV. *Ray. t. ii.* 1245. LXXVII. rubeus galerus ab eo cardinalibus datus, 1254. LXXII.

Cardinales: cardinalium nomina ſub Alexandro IV. *Ray. t. iii.* 1257. XLVII. cardinales qui Urbanum IV. elegere, 1261. VII. creati ab Urbano IV. XXIII. 1262. LII. ex illis unus poſtulatus judicio, XXIII. ſanxit pont. ne antequam promoveretur in presbyterum cardinalatus inſignia geſtaret, *ib.* cardinalium Urbano IV. aſſidentium nomina, 1263. XC. 1285. LI. vacante ſede, Rodulphum legatum nondum provinciam ingreſſum confirmant in munere, 1269. VII. ſollicitantur a Siciliæ, & Galliarum regibus ut novum eccleſiæ pontificem præficiant, 1271. III. compromittunt in ſex e gremio, ut renuntient pontificem, VII. Portuenſis epiſc. ad eos aculeata objurgatio, XII. cardinalium literæ ad Gregorium X. de electione pontificia, XIII. derivant ad ſe partem Siculi cenſus, conteſtaturque Gregorius id jure ipſis non deberi, 1272. XLVI. cardinalibus invitis conſtitutionem fert Gregorius de iis conclavi includendis ad eligendum pontificem, 1274. XXIV. XXV. vacante ſede Venetos ob Anconam oppugnatam corripiunt, 1277. XLIV. objiciunt iis cenſuras, XLV. Æſculanos Picenum turbantes objurgant, *ib.* & Parmenſes jura eccleſiæ invadentes, XLVI. ad Francorum & Caſtellæ reges conciliandos incumbunt, XLVII. & conjungendum Rodulphum inter & Carolum fœdus, *ib.* deterrent Rodulphum, ne in Italiam traducat exercitum, *ib.* ſcriptæ ea de re literæ, XLVIII. Ravennam & Pentapolim ab eo repoſcunt, LII. cenſum exigunt a Carolo rege, *ib.* fideles ad fundendas preces ſollicitant, LIII. a Viterbienſibus in arctiore conclavi detenti, *ib.*

Cardinales: conſtitutio Gregorii X. de iis in conclavi includendis reſciſſa a Nicolao IV. *Ray. t. iv.* 1289. XLIX. graviſſime inter ſe, mortuo Nicolao, concertant; diuturnumque invehunt interpontificium, XIX. XX. 1293. I. conſtitutio Nicolai IV. de vectigalibus eccleſiæ cum iis partiendis, 1289. XLIX. L. obſolevit eadem conſtitutio, *ib.* quomodo excepti, & habiti a cardinalibus reges, 1293. II. cardinales prohibent Viterbienſibus ne Urbevetanis perduellibus faveant, 1294. I. decretum cardinalium de eligendo Cæleſtino, VI. eorumdem ad ipſum literæ, VII. renovatum ab eo de includendis conclavi cardinalibus, XVII. a Cæleſtino inter cardinales, & reges medius incedens dexteram regibus dedit, X. cardinales ituri Aquilam adigunt ſacramento Carolum Siciliæ regem, ipſos non retentum iri in regno Neapolitano, ſi pontificem obire contingeret, 1294. XVII. reſciſſo eo ſacramento convulſiſque Adriani V. & Joannis XXI. edictis, juſſi a s. Cæleſtino papa tribus decretis, Gregorii X. ſanctionem de conclavi obſervare, *ib.* contendunt Petrus Paludanus, & Hugo, papam, ſi cedat papatu, in eorum manibus neceſſario debere cedere, 1297. XXXIV. negant id alii, & ſine eorum aſſenſu poſſe cedere aſtruunt, *ib.*

Cardinales qui Bonifacio VIII. aſſidebant, *Ray. t. iv.* 1295. XXIII. 1298. VI. cardinalatu dejecti Jacobus, & Petrus Columnæ ob amplexam hoſtium eccleſiæ partes, 1297. XXXII. cardinales creati a Bonifacio, 1298. XXIII. geſta Bonifacii ſine conſenſu cardinalium reſciſſa a ſucceſſore, 1304. XII. cardinales ſciſſi in contrarias partes in conclavi diu altercantur, 1305. I. pontificatum ad Gallos traducunt, *ib.* qui adverſarum factionum ſigniferi, II. internuntios cum decreto creationis ad Clementem V. tranſmittunt, VI. hortantur eum literis aliis, ut in Italiam ſe conferat, VII. exciti in Gallias culpam ſuam agnoſcunt, XIII.

—— antiquorum ſcriptorum catalogum qui ſcripſerint, *Bar. t. II.* 109. LVI.

—— catalogo ex Vindebonenſi bibliotheca ab Eccardo vulgato adhærendum in tempore imperii Licinii, *in not. Bar. t. III.* 443.

—— librorum canonicorum catalogum, qui ſcripſere, *Bar. t. vi.* 405. LXIII.

—— librorum Bedæ catalogus, *Bar. t. xii.* 731. XV.

—— catalogus librorum a Theophilacto Bulgariæ archiep. editorum, *Bar. t. xvii.* 1073. XCIV.

Catalonia; ejus magna pars Pippino Francorum regi deditur, *Pag. t. xii.* 752. XX. ut Baleares inſulæ illi fuerint conjunctæ, *Ray. t. iv.* 1295. XXVIII. id decretum reſciſſum a Bonifacio VIII. *ib.* illius inveſtiture Jacobo regi a Bonifacio tradita, XXIII.

Catalufius, *Vide*, Franciſcus Catalufius.

Catana, ſeu Catania; ibi ordinationem habuit Vigilius p. *Bar. t. x.* 546. LX. deletur funditus terræmotu, *Bar. t. xix.* 1169. XLV. & *Pag. ib.* VIII. a Roberto duce Calabriæ in deditionem accepta *Ray. t. iv.* 1299. V. confirmata in regis Caroli obſequio, XXI. a pacis legibus ad Friderici poteſtatem revocata, *Ray. t. iv.* 1302. III.

Catanenſis eccleſia fit archiepiſcopalis, *Pag. t. xv.* 892. XII.

Cataphrigæ hæretici, *Bar. t. I.* 34. CCCXX. eorum hæreſis quando exorta, *Bar. t. II.* 173. I. a Zephirino p. excommunicati, 215. IV. eorum occaſione orta quæſtio de iterando baptiſmo hæreticorum, *Bar. t. III.* 258. XI. *& ſeq.* eorum cauſa tractata in concilio Niceno, *Bar. t. IV.* 325. CXLVI. *Vide etiam*, Montanus, & Montaniſtæ.

Cataphronius præfectus Ægypti ſub Conſtantio, perſecutor Alexandriæ, *Bar. t. IV.* 342. XIX.

Catathema quid, *Bar. t. I.* 57. CLXXIII.

Catauuti filius Theodorus moritur, *Bar. t. XII.* 752. V.

Catayni Tartari evangelica fide a Joanne e monte Corvino informati, *Ray. t. iv.* 1305. XIX. XX. conditi apud eos plures epiſcopatus, 1307. XXIX.

Catecheſis a Daniele Ventano epiſcopo ad s. Bonifacium mittitur, *Bar. t. XII* 724. V.

Catecheſis falſæ doctrinæ, *Bar. t. XIII.* 810. VI.

Catechetica epiſtola Theodori Studitæ ad confeſſores, *Bar. t. XIII* 814. XLIV. alia ejuſdem ad fratres diſperſos, 818 VII. alia ejuſdem ad eos, *Bar. t. XIV.* 821. XLIV.

Catechiſmus ſemper neceſſarius ante baptiſmum, *Bar. t. viii.* 499. XXII. jubetur a concilio, ut catechiſmi pro ſacerdotibus inſtruendis, qui concionibus minus apti videbantur, condantur, *Ray. t. xv.* 1563. CIII.

Catenæ s. Alexandri p. curant ægrotos, *Bar. t. II.* 132. II.

—— Babylæ cum ipſo ſepultæ, *Bar. t. III.* 253. CXXVIII.

—— s. Burchardi Wormatienſis ep. & ejus cilicium hirſutiſſimum in ſcrinio, loco theſauri inveniuntur, *Bar. t. XVI.* 1026. V.

—— Ignatii nobiles, *Bar. t. II.* 109. XIV.

—— s. Pauli Romæ cuſtodita, *Bar. t. x.* 594. XXV. ejus limatura miſſa a s. Gregorio ad Eulogium epiſc. Alex. *Bar. t. XI.* 603. IV.

—— catenarum Petri laudes, *Bar. t. I.* 44. VII. VIII. duæ ejuſdem donatæ Eudocio a Juvenale epiſc. Hieroſolymitano, *Bar. t. vii.* 438. XLIX. catenæ ejuſdem anniverſaria memoria agitur Conſtantinopoli, 439. V. *& ſeq.* altera, qua Petrus vinctus eſt Romæ ſub Nerone, VII. ejuſdem altera Romam miſſa ad Eudoxiam, & baſilica illuſtrata, atque miraculis, ex illis duabus una mire effecta, *ib.* earum limatura reliquiarum loco impertiri ſolita, *ib.* ejus limatura miſſa a s. Gregorio ad Columbanum epiſcopum Numidiæ, *Bar. t. x.* 593. XXIX. ejus limatura miſſa ab eodem ad Eulogium epiſcopum Alex. *Bar. t. XI.* 603. IV. ejuſdem catena comitem Ottonis imp. dæmonio obſeſſum liberat, *Bar. t. XVI.* 969. XV.

—— Pionii, ac ſociorum, qui catenis ſe vinciunt, ne videantur negaſſe, *Bar. t. II.* 254. III.

Catena ferrea Agrippæ a Cajo donata, & ſuſpenſa quid ſignificaret, *Bar. t. I.* 43. VII.

Ca-

Digitized by Google

Caterva dictos ludus bellicus Cæſarienſium, *Bar. t. vu.* 418. XXXV.

Catervius comes pietate inſignis, *Bar. t. v.* 379. XIII.

Catharenſes a ſchiſmaticis venati, *Ray. t. vu.* 1367. XIII. rogati Veneti ad ferendam ipſis opem, *ib.*

Cathari hæretici damnantur in concilio Lateranenſi III. generali, *Pag. t. aix.* 1179. VI. Manichæi erant, VII. plures provincias infecerant, VIII. exiguus eorum numerus, *Ray. t. n.* 1259. XXXII. eorum deliria, *Ray. t. m.* 1258. XXIV. *Vid. etiam*, Novatiani.

Catharina virgo ejus egregium certamen, *Bar. t. m.* 307. XXXI. ſub Maximino martyrii palmam aſſequitur, *Pag. t. m.* 307. XVI. error Baronii circa paſſionem illius aperitur, *ib.*

s. Catharina Senenſis Gregorium monet, creandos cardinales ſanctitate conſpicuos, alias periclitaturam eccleſiam, *Ray. t. vu.* 1375. XXXI. adhibita interpres concordiæ inter pontificem ac Florentinos, 1376. VI. a Florentinis ſibi illaſam conqueritur, *ib.* ad Florentinos miſſa a Gregorio XI. pro concilianda pace, 1377. II. intentatam mortem ſpernit, III. pacem inter Florentinos & pontificem ſanciendam ſua opera prædicit, 1378. XXI. ea promulgata redit Senas, *ib.* in ſchiſma triennio, antequam conflaretur, prædixerit, XXII. deſignat clericos futuros ejus authores, *ib.* ejuſdem de futuro ſchiſmate ſententia, *ib.* prædicit bella in agro Romano & regno Neapolitano exoriunda, *ib.* monet Italos cardinales celebrandam ſynodum, avertendaque in Turcas arma ſacro bello indicto, XLIV. cardinales Italos qui fallaci pſeudopontificatus ſpe titillati Fundos acceſſerant, ignaviæ & ſuperbiæ carpit, LV. cardinales Gallos dæmones humana carne indutos, & antipapam dæmonium appellet, *ib.* conflatum ſchiſma ob ſeſerendæ correptionis impatientiam ait, *ib.* Urbanum ad conſtantiam contra adverſarios excitat, LV. eumdem verum Chriſti vicarium profitetur, *ib.* præſules ac principes literis hortatur, ut Urbanum colant, 1379. XXI. Romam ab eo vocatus, *ib.* cardinales præſente Urbano ad conſtantiam excitat, *ib.* de ea mittenda cum s. Catharina Sueca ad reginam Neapolitanam Urbanus deliberat, XXII. ſed a religioſo viro Raymundo Capoano revocatur ab ea mente, *ibid.* s. Catharinæ eximia conſtantia & fiducia in Chriſto, *ib.* denunciat Urbanum eſſe verum Chriſti vicarium, quidquid effutiant Galli cardinales, *ib.* hortatur Raymundum Capuanum, ut omnes labores pro Urbani cauſa ſubeat, *ib.* Joannam reginam literis admonet, ut ad Urbani veri pontificis obſequium redeat, XXIII. execratur cardinales Gallos ut dæmones & impoſtores, *ib.* prædicit Joannæ populos ipſi fidos non futuros, *ib.* divinas iras ei intentat, *ib.* Albericum comitem ad bellicam virtutem contra ſchiſmaticos cohortatur, XXIV. promittit Moyſis exemplo preces pro pugnantibus ſe facturam, *ib.* florentiſſimam victoriam catholicis impetrat, *ib.* conſolit Urbano, ut parta arce Hadriana ſolemnem ſupplicationem a s. Mariæ Transtyberinæ æde ad baſilicam s. Petri nudis pedibus ducat, *ib.* videt cælitus colluſtrata Romanos a dæmonibus concitari adverſus Urbanum, XXXIV. ſacras preces fundit, *ibid.* debitas illis pœnas in ſe ſuſcipit, *ib.* Romani divinitus ipſa Urbani voce coerciti, *ibid.* admonet Gallorum regem, ut Urbano adhæreat, XLIX. ſpernendas cardinalium conjurationes, *ib.* abjiciendum proprii amoris pondus, *ib.* Romani plures a Joannæ reginæ exercitu capti implorant b. Catharinæ Senenſis ope vinculis divinitus ſolari, 1380. II. Hungariæ regem ſollicitat, ut compoſito cum Venetis bello arma in ſchiſmaticos vertat, III. Robertum Gebennenſem antichriſtum, & membrum diaboli vocat, *ib.* conqueritur reges non obſiſtere ſchiſmaticorum impietati, *ib.* Carolum Dyrrechinum ad ſacrum in Joannam bellum accendit, V. Senenſes & Florentinos hortatur, ut una cum Urbano adverſus ſchiſmaticos armorum ſocietatem coeant, VI. prophetiæ dono fuit clariſſima, XXIV. alios, admirandoſque mentis exceſſus ſæpius paſſa, *ib.* divina humanis verbis poſſe explicari negat, *ib.* Chriſti ſtigmatibus inſignita, *ib.* illa primum dolorem, deinde robur attulere, *ib.* Chriſtus eam tradito annulo, ſibi deſponderat, *ib.* animas intuitive vidit, XXV. tetrum a peccatoribus fœtorem halare ſenſit, *ib.* pulchritudinem animarum ſanctarum intuebatur, *ib.* monuerat Gregorium XI. ſenſiſſe ſe in curia Romana graviſſimum fœtorem criminum, *ib.* coacta vultum avertere, præ fœtoris magnitudine dum formoſa concubina eam alloquebatur, *ib.* diu ſola Euchariſtia contenta vixit, XXVI. Chriſtum in manibus ſacerdotis ſæpe vidit, *ib.* incredibili lætitia delibuta cœ ſalire ſenſit, *ib.* extremum Joannæ reginæ exitium impendens prævidit, *ib.* læta, & pia ejus mors, XXVII. vitam ſe dare pro eccleſia teſtatur, *ib.* indulgentiam in extremo vitæ actu a pontificibus ſibi conceſſam efflagitat, *ib.* certat cum dæmonibus, deque illis triumphat, *ib.* digna gloria non propter gloriam ſe geſſiſſe teſtatur, *ib.* tempus ejus mortis, *ib.* hora qua deceſſit Raymundo Capuano interne locuta, *ib.* claret miraculis, & ſacrum pignus Romæ in eccleſia Prædicatorum tumulo conditum, *ib.* recurrente anno quinquageſimo celebrata reliquiarum ejus tranſlatio, *ib.* a Pio II. in ſanctarum virginum ordinem repoſita, *ib.* completum ejus vaticinium, 1381. XXIV. & 1382. I. ejus ſanctitas a Joannis Gerſonis calumnia vindicata, *in not. Ray. t. vu.* 299. at Raymundo Capuano contritionem vehementiſſimam imperarit, *Ray. t. vu.* 1390. XXII. peſte correptam ſolo contactu liberarit, XXIII. decreti illi a Pio II. ſanctarum virginum honores, *Ray. t. x.* 1461. CXXIII. in puerili ætate plura ſanctitatis ſigna dedit, CXXIV. Chriſto, quem ſedentem cum majeſtate viderat, virginitatem vovit, *ib.* inſignis ejus charitas in proximos, *ibid.* gravioribus jejuniis macerabat corpus, CXXV. in euchariſtiæ ſacramento cœleſtes hauriebat delitias, *ib.* plures ad ſanctiorem vitam traduxit, *ib.* Gregorio undecimo aperuit votum, quod noncuparat de reſtituenda Urbi ſede, CXXVI. ſæpe in aetera divinitus efferebatur, *ib.* anno ætatis 33. obiit, CXXVII. gloria illius patefacta nonnullis, *ib.* poſt mortem claruit miraculis, *ib.* ejus reliquiæ conditæ Romæ in eccleſia Prædicatorum, *ib.* prima maii ejus dies feſtus recolitur, *ib.* Margareta oratione Zicha liberata eſt inſanabili morbo eo momento, quo cilicium b. Catharinæ Senenſis deoſculata eſt, 1462. LII. ejus digitus in Hadrianenſem eccleſiam tranſlatus, 1467. XXIII.

s. Catharina Sueca urget cauſam decernendi a pontifice ſanctorum honoris matri ſuæ s. Birgittæ, *Ray. t. vu.* 1379. XIV. admonita Barenſem archiep. futurum pontificem, eidem cauſam ſuam commendat, *ib.* pro Urbano coram judice, & teſtibus interrogata reſpondet, ſe a Gallis cardinalibus accepiſſe Urbanum communi conſenſu delectum, XX. ſeditionem concitatam poſt electionem Urbani a Romanis expetentibus pontificem patria Romanum, *ib.*

ib. concepti a cardinalibus metus cauſam fuiſſe, quod Romanum non elegiſſent, *ib.* cenſere, Urbanum nimis ſeveritate cardinales egiſſe in tubiem, *ib.* reditura in Germaniam Urbanus VI. magnæ auctoritatis virum ad eam in alpes uſque ſociandam tradit, 1381. XLV. per Germaniam ob literas Urbani commendatitias ubique magnifice excepta; *ib.* colliſum hominem in itinere ſanat; *ib.* alium ſaxorum, & lignorum ſtrue oppreſſum curat, *ib.* exomologeſim bis terve quotidie repetit, XLVI. ſtella divinitus illius exequias illuſtrare viſa, *ib.* Ericus regis Sueciæ filius ſuppoſuit collum ejus feretro, *ib.* defunctæ manus compreſſit manum Tordonis epiſcopi Strengrenenſis, qui amicitiæ ſtudio eandem manum preſſerat, *ib.* ulæret miraculis, *ib.* & *Ray. t. xi.* 1485. LXI. Joannes Daniæ, & Sueciæ rex inſtat apud Innocentium VIII. ut ea. catalogo adſcribatur, *ib.* dilata in aliud tempus ſacra ea actio, *ib.*

b. Catharina Bononienſis Clariſſa prædixit, Conſtantinopolitanorum imperium ob ingentia Græcorum ſcelera evertendum; *Ray. t. x.* 1463. CIX. ejus corpus poſt mortem expers corruptionis ſuavem odorem efflat, *ib.*

Catharina imperatrix Balduini II. e Philippo nepotis poſcitur ab Andronico imperatore, ut Michaeli filio uxor detur, *Ray. t. iv.* 1288. XVII. promiſſa in uxorem Friderico cum dotali imperio communibus armis recuperando, 1295. XXIX. datæ ad ipſam literæ eo argumento, *ib.* reſpondet aſſenſuram, modo Fridericus ante recuperatum imperium ditione certa donetur, 1296. VIII. nubit Carolo Philippi regis Francorum fratri, 1301. XV. ad dotale imp. Conſtantinopolitanum auctore Benedicto XI. agitata conſilia, 1304. XXVIII. XXIX. Caroli viri opera jus imperii Conſtantinopolitani repetere ab Andronico parat, 1306. II.

Catharina Caroli VI. Gallorum regis filia Henrico Angliæ regi cum dotali Galliæ regno tradita a patre delito, & prodito, *Ray. t. viii.* 1420. VI.

Catharina Cornelia Cypri regina in filiam a republica Veneta cooptata, *Ray. t. x.* 1464. LXXI. attributa dote Jacobo Cypri tyranno data, *ib.* hac fictione juris Cyprus poſtea comparata, *ib.* & 1471. XLVII. ejus patrui Jacobum veneno tollunt, ut libere dominentur, 1472. IV. Catharinæ clientela a Venetis adverſus Carolam ſuſcepta, *ib.* ejus patrui a Cypriis interempti, 1475. XXXII. a Venetis aſſertum illi Cyprium regnum, *ib.* eadem Bajazethis II. metu Venetiis concedit, *Ray. t. xi.* 1488. XVII. Cypri imperium Venetis relinquit, *ib.*

Catharina Boſniæ regina Thomæ olim regis vidua moriens Boſniæ jura pontifici teſtamento relinquit, *Ray. t. x.* 1478. XLII. publicæ de ea re editæ tabulæ, *ib.* Sigiſmundo filio vel Catharinæ filiæ ſi a Mahometana ſpurcitia ad Chriſtum convertantur reſtituendum regnum decernit, XLV.

Catharina Sfortia Hieronymi Riarii vidua Forumlivium recuperat, *Ray. t. xi.* 1488. X. viri cædem ulciſcitur, *ib.* venenatis literis Alexandrum VI. perimere tentat, 1499. XXIII. patefacto facinore capta, *ib.*

Catharina Angliæ regina adverſus Henricum VIII. divortium molientem leges implorat, *Ray. t. xiii.* 1531. LXXIX. propoſitæ Henrico regi cenſuræ, ſi eam dimittat, *ib.* Catharinæ reginæ appellationem repelli non poſſe exponit Henrico regi Clemens, LXXXI. expoſitum eidem, neceſſario audiendam Catharinam reginam, LXXXII. corrupti auro nonnulli juriſconſulti, & theologi ſcribunt pro divortio Catharinæ, LXXXIII. Anglici doctores non probarunt Henrici divortium, LXXXV. pro ea ſcripſere doctiſſimi, LXXXVI. Catharina pellitur regia; inducta adultera Anna Bolena, 1533. LXVIII. Cramnerus hæreticos fert in eam ſententiam pro divortio, LXXIII. Catharinæ reginæ filia Maria pulſa ab Henrico patre, LXXV. viri pii, qui Catharinæ cauſam defenderant, in carcerem conjecti, *ib.* exploratrices loco famolarum illi appoſitæ, *ib.* Joannem Foreſtum ordinis minorum ſuum in ſpiritu patrem in carcere per literas conſolatur, 1536. XXIV. Henricum VIII. conjugem ſuam morti proximum per literas ad ſaniorem mentem hortatur; XXV. moritur non ſine veneni ſuſpicione, *ib.* ejus de felicitate ſententia, *ib.*

Catharina Medices neptis Clementis VII. a Florentinis monaſterio incluſa; *Ray. t. xiii.* 1530. CLXXVII. eam Florentini reſtituere denegant, Franciſco Francorum rege eos deprecante, *ib.* de ea in lupanar deducenda, & in murorum ruinis exponenda Clementis odio agitant impia conſilia Florentini ſeditioſi, *ib.* ſervatur illæſa, *ib.* urget Clementem Carolus V. ut eam duci Mediolanenſi connubio jungat, 1533. XIX. Franciſcus eam Henrico duci Aurelianenſi, ac poſtea regi tradendam efficit, *ib.* Maſſiliam deducta nubit Henrico, LXXXIV.

Catharina Havarda ab Henrico VIII. capitali ſupplicio afficitur, *Ray. t. xiii.* 1541. XXXIX. quale ejus ſupplicium, & quo tempore illi mors acciderit; *in not. Ray. t. xiii.* 592.

Catharina Luſitana Sabaudiæ ducis uxor moritur, *Ray. t. xiii.* 1538. IX.

Catharina regina Luſitaniæ, defuncto Joanne pueritiæ regendæ Sebaſtiani filii admotæ a Paulo IV. per epiſtolas animatur, *Ray. t. xiv.* 1557. LI. s. Franciſcus Borgia orbatam viro per literas conſolatur, *ib.* receſſum a regni curis meditata a Pio IV. dimovetur, ut illam magis Deo famulari in regia, quam in cella demonſtrat, *Ray. t. xiv.* 1561. LXXV.

Catharina Franciæ regina colloquio Poſſiaco intereſt, atque hæreticis libertatem nimiam permittit, *Ray. t. xv.* 1561. XC. & *ſeq.* eam a colloquiis fruſtra dimovere nititur card. Ferrarienſis legatus, XCII. catholicis favere ſimul, ac Hugonotis viſa, XCVIII. & *ſeq.* plura contra ipſam mentiuntur hæretici, 1561. CXLIII. a cardinali Ferrarienſi admoneri cupit card. Hoſius, ne amplius colloquiis hæreticorum aditum præbeat, CXXXVI. pactiones cum Hugonotis, ac Condæo principe ad inſtaurandam concordiam proponit, CLXIV. ad CLXVII. nimium Hugonotis indulgens a Margarita Auſtriaca increpatur, 1563. LXXIII. de nimia in hæreticos indulgentia notatur, 1562. CXXXIII. & *ſeq.* excuſatur a cardinali Ferrarienſi ob ſexus infirmitatem, CXXXIV.

Cathecumenis ſal dandum, *Bar. t. vi.* 397. XLIII. eis nefas audire judicia eccleſiaſtica, *Bar. t. iv.* 335. XVIII.

Cathedra una in eccleſia monſtratur, *Bar. t. i.* 34. CXCIX.

Cathedræ linteatæ, *Bar. t. i.* 45. XI.

Cathedræ primæ in Synagogis, *Bar. t. i.* 12. II.

Cathedræ Antiochenæ feſtum, *Bar. t. i.* 39. XI.

—— Cathedra Jacobi, *Bar. t. i.* 34. CCLXXXVII.

—— s. Marci divino fulgore coruſcans s. Petro apparet, *Bar. t. iii.* 310. XIII.

—— s. Petri lignea Romæ venerationi habita, *Bar. t. i.* 45. XI. eam tenet Romanus pontifex, *Bar. t. ix.* 512. XLIX. cur ſola ſolemniter celebretur, *Bar. t. xvii.* 1061. VIII. ejus ſolemnitas a Paulo IV. reſtituitur, *Ray. t. xiv.* 1557. II.

—— Romani pontificis ſpinoſa, & inſultis moleſtia-

leſtia-

Digitized by Google

leſtiarum agminibus circumſepta, *Bar. t. xix.* 1155. XXXVI. ejus anniverſarius dies, *Bar. t. i.* 45. I.

Cathedralis eccleſia: ab ea ſolemnis pompe, in qua defertur corpus dominicum, ducenda, *Ray. t. ix.* 1447. XXIV. conſtitutione Nicolai V. religioſi tenentur ad eccleſiam cathedralem ſe conferre Euchariſtiam ſociaturi, *ib.*

Cathenenſis epiſc. *Ray. t. i.* 1223. L.

Catholica eccleſia ſchola veritatis, *Bar. t. ii.* 146. XXII. eadem ubi ſit, XXXIII. ubi eſſet definitum ſententia legatorum, *Bar. t. iii.* 313. XXXV. item de tempore belli Liciniani, 317. I. alia diſputatio ubi ſit, *Bar. t. vi.* 411. XXVII. eamdem e pravis hominibus non perire, *ib.* unam tantum eſſe, XXVIII. eam apud ſe tantum eſſe Donatiſtæ profitebantur, *Bar. t. v.* 368. XVIII. non eorum eſſe tantum contendit Tyconius Donatiſta, XX. penes quos eſſe dicenda ſit, *ib.* eadem Romana dicta, *Bar. t. ix.* 534. XLIV. s. Pauli præſidio manet præfulgens, *Bar. t. xii.* 743. IV. *vide etiam*, Eccleſia catholica. catholicæ eccleſiæ epiſcopus titulus vetus eſt Romani pontificis, *Bar. t. ii.* 142. IV. *vide*, Titulus, Pontifex, Pape, & Romana eccleſia.

Catholica religio confeſſione dæmonum comprobata, *Bar. t. v.* 387. XL. catholica fides ubi inveniatur ex Auguſtini ſententia, *Bar. t. vi.* 392. XXXV. quo ſigno dignoſcantur fidei deſertores, 401. LXIII. ii qui eſſe ſoleant, 402. LXIII. dicta fides Romanorum, 404. IX. *& Bar. t. vii.* 432. XLVIII. triumphat in excidio urbis, *Bar. t. vi.* 410. XXVII. ejuſdem fidei cognoſcendæ ſymbolum, *Bar. t. vii.* 435. XXXV. pro ea s. Leo pertractat cum Pulcheria auguſta, *Bar. t. viii.* 449. XVI. ſuſcipitur a Mauritanis, 456. XII. publice confitenda, *Bar. t. ix.* 513. XII. miracolo comprobatur, XVIII. ejus profeſſio ad Romanum pontificem mittebatur, 517. XXX. catholicum illud eſt, quod a Romano pont. prodeunt definitum, 519. XCVIII. catholicam veritatem lacerant, qui violant Romanæ eccleſiæ jura, *Bar. t. x.* 590. V. *& ſeq.* ejus ſcientiam Britones Anglis aperire nolunt, *Bar. t. xii.* 716. XI. ejuſdem Leo Iſauricus decennio obſervantiſſimus, *ib. pag.* 246. eam Itali cum zelo defendunt, 726. XXVI. ejuſdem cultor ſtudioſiſſimus Ceadualla rex Britanniæ, XLIII. a Reccaredo rege Hiſpanorum in Gothos propagata, 738. IX. per s. Hubertum in Arduenna, & Taxandria propagata, 754. XII. eam confitetur Michael imp. *Bar. t. xiv.* 826. XL. de veritate & realitate ſacræ Euchariſtiæ miraculis a Deo comprobatur, *Bar. t. xvi.* 1059. XX. *& ſeq.* injuſte vituperatur ab hæreticis propter pravos mores ſacerdotum, 1061. LV. in concilio Romano ſub Gregorio VII. ſtabilitus, 1079. II. eam tueri præcipue Romano pontifici incumbit, *Bar. t. xviii.* 1094. XXVII. ejus profeſſionem faciunt Albienſes hæretici publice de erroribus ſuis convicti, *Bar. t. xix.* 1176. XII. item Manichæi, ſed fraudolentes, 1187. XX. XXI. XXVI. *vide etiam*, Fidei catholicæ profeſſio.

Catholica communicatio ex formatis literis dignoſcitur, *Bar. t. ii.* 142. VII. *& Bar. t. vi.* 406. XLVII. L. hujus communicationis ſymbola, *Bar. t. vi.* 398. XLII.

Catholicæ literæ quæ dicebantur, *Bar. t. ii.* 142. VII. catholicæ aſſertiones adverſus errores Pelagii, *Bar. t. vii.* 415. XXIII.

Catholici nominantur chriſtiani ad diſtinctionem hæreticorum, *Bar. t. i.* 43. XVII. & diſtinguntur communione Romani pontificis, *Bar. t. v.* 378. XXXIV. quo ſigno dignoſcendi, *Bar. t. i.* 45. VI. IX. quo ſigno diſcimiuentur ab hæreticis; *Bar. t. ii.* 146. XXI. *& t. iii.* 255. LIII. catholicos non ſchiſmaticos, vel hæreticos inſequitur adverſarius, *ib.* abjecto fuco eloquentiæ uti ſimplicitate verborum conſueverunt, *Bar. t. iv.* 344. XI. eorum congreſſus vitant hæretici, *Bar. t. v.* 368. XVII. catholici inter ſe diviſi in Oriente, 371. XIX. eorum præſidia adverſus hæreticos, 372. XC. eorum, & hæreticorum diſcrimina, 378. LIX. iidem ſunt muniti Dei præſidio, *ib.* quibus armis conſuevere adverſus hæreticos pugnare, *Bar. t. vi.* 406. XLVII. cur accuſati ab hæreticis hæreſis Antropomorphitarum, 400. LIV. eorum ſymbolum in ſcribendo tempore hæreſis Pelagianæ, *Bar. t. vii.* 418. XLIV. in agendo contra hæreticos humilitatem ſervant, 429. XLI. *& ſeq.* dæmones fugantur tantummodo ab iis, *Bar. t. ix.* 513. XLIII. catholici eſſe probantur, qui conjunguntur petræ, hoc eſt, Chriſto, 517. XXXIX. hi volunt catholicum epiſcopum 535. LXVIII. omnes venerati ſunt reliquias ſanctorum, *Bar. t. x.* 573. XXIX. non participabant de benedictionibus hæreticorum, 583. L. in eis interdum tepeſcit fidei fervor, LIII. eos ſequitur præmium, ſi bene egerint, & pœna impios, 589. XXXVIII. eorum ritus ab Hienſibus recipiuntur, *Bar. t. xii.* 716. XI. aliud aliis temporibus non ſenſerunt, 730. IX. quomodo ss. imagines adorent, 755. XLVIII. quiſnam non poſſit eſſe catholicus, *Bar. t. xiv.* 835. XIV. nemo eſſe poteſt per ſolam manus impoſitionem, & quare, *ib.* catholici ſuccenſent Gregorio, quod cum Arianis mitius agat, *Bar. t. v.* 380. VI. quæ in eum jactare ſoliti, VIII. catholicis indicit ſilentium Leo Armenus, *Bar. t. xiii.* 814. XXI. eos & hæreticos inter ſe conciliare ſtudet Michael Balbus imp *Bar. t. xiv.* 823. VIII. conferre recuſant cum hæreticis & quare, XV. in Germania reſodiunt corpora defunctorum pſeudoepiſcoporum, & inhumata relinquunt, *Bar. t. xviii.* 1105. XII. alii, & multi in longinquis regionibus decepti Anacletum, ut legitimum, pontificem conſulunt, 1130. LIV.

Catholicum nomen quid ſignificet, *Bar. t. i.* 43. XVII. catholicum & Romanum eſt idem, 45. X. unde, *Bar. t. ii.* 146. XXV. hoc non niſi ex communicatione Romanæ eccleſiæ conſequi aliquem poſſe, ratum firmumque apud antiquos omnes, 155. V. ex ejus participatione quis catholicus dicitur; & hæreticus, quiſcum illa non communicat, 167. V. hoc nomen non acquiritur, niſi excommunicatione cum Romano epiſcopo, *Bar. t. iv.* 321. III. *& Bar. t. ix.* 520. VIII. catholicum idem quod univerſale, *Bar. t. x.* 595. LI. quam nequiter Photius hoc nomen ſibi aſſumat, *Bar. t. xv.* 871. XXXVIII. *Vide*, Catholic. nomina.

Catholicorum perſecutiones, & victoriæ: quanta mala paſſi catholici ſub Hunerico, *Bar. t. viii.* 484. LIV. in eos quæ molitus ſit Petrus Fullo, 485. V. Conſtantinop. quanta mala ſint paſſi, *Bar. t. ix* 501. V varie tentantur ab hæreticis, 511. XXI. 512. LI. eos perſequitur Anaſtaſius imp. 516. XXVI. exules reſtitui petitur. 518. XXIV. reſtituuntur a Juſtino imp. LVII. damnantur a ſchiſmaticis in conciliabulo Romano, *Bar. t. xviii.* 1098. XVI. per Angliam, & Franciam calumniis proſcindunt immerito. & decepti Alexandrum III. *Bar. t. xix.* 1167. LIV. LV. ab hæreticis crudelitates inſimulantur, *Ray. t. xiii.* 1540. LX. ſimul cum Zuinglianis in tormentis ab Henrico VIII. per ignominium functi, LXIV. veluti pacis inimici a Proteſtantibus habiti, 1541. XXXVII. pro defenſione catholicæ fidei a pontifice fœdus cum Carolo V. rege Romanorum ac imperii princi-

cipibus initur, XXXIII. catholicorum deſidia audaciam extolit hæreticorum, 1540. LIII. diriſſime vexati ſub Eliſabetha plurima exhibent conſtantiæ documenta, *Ray. t. xiv.* 1559. VI. IX. & *ſeq.* petunt, ut expellantur hæretici, *Bar. t. ix.* 536. LVI. Gregorio VII. fideles, abſente Henrico imp. ſchiſmatico, reſumunt vires, *Bar. t. xviii.* 1084. XV. vincunt, & fugant maxima clade ſchiſmaticos, XVI. conveniunt in Saxonia cum Schiſmaticis, & quare, 1085. I. & *ſeq.* ingenti ſtrage afficiunt Henricum ſchiſmaticum imp. 1086. VI. ſpolia ditiſſima referunt, VII. ad obſidionem Wirceburgenſem redeunt, & civitatem ſine ſanguine capiunt, VIII. confirmantur in fidei ſtabilitate miraculis s. Auſelmi epiſc. Lucenſis Gregorii VII. defenſoris acerrimi, XIII. cum Henrico rege colloquium habent, & quale, 1089. III. & *ſeq.* reſumunt vires contra eundem, 1091. VI. miraculis s. Bennonis Miſnenſis epiſc. in ſchiſmaticos vindicantis animantur, *Bar. t. xviii.* 1117. VI. in Anglia contra hæreticos inſurgunt, *Ray. t. xiv.* 1550. XXXII. Hibernorum conſtantia pro fide catholica a pontifice commendatur, 1547. CXXV. Scoti ad illam aſſerendam cohortantur, CXXVI.

Catholicorum altercationes mutuæ longe diſpares ab impugnationibus hæreticorum, *Bar. t. iii.* 259. V. cum Arianis Romæ altercantur, *Bar. t. iv.* 356. CXV. altercantes de voce hypoſtaſis, *Bar. t. v.* 362. CLXXXVI. & *ſeq.*

Catholicorum varia nomina: a Valentino dicti Simplices. *Bar. t. ii.* 145. V. ab Origeniſtis Peluſiodæ, *Bar. t. vii.* 400 LVI. a Neſtorianis appellati Apollinariſtæ, *Bar. t. vii.* 439 IX. olim appellabantur Romani, *Bar. t. x.* 574. IX. per antonomaſiam dicti Chriſtiani, *Bar. t. xi.* 610. XII. & *t. xii.* 710 XII. a Luthero per contumeliam vocati Papiſtæ, Papaſtri, & Papenſes, *Ray. t. xii.* 1520. LXIV. *Vide*, Catholicum nomen.

Catholici imp. liberam eſſe voluerunt papæ electionem, *Bar. t. xiii.* 774. XIV.

Catholici titulus hæreditarius regibus Hiſpaniæ factus a Julio II. p. *Bar. t. xii.* 738. IX. præ omnibus a Ferdinando Aragoniæ rege electus, *ib.* cognominari voluit catholicus Alfonſus, *ib.* unde regibus Hiſpaniæ titulus iſte provenerit, *ib.* Reccaredus hoc titulo in epiſcoporum concilio acclamatus; ejus vero ſucceſſores hoc cognomen intermiſerunt, *ib.* hoc nomen Ferdinando regi datum, *Ray. t. xi.* 1496. XXV.

Catholicus Armeniorum Metropolitanus conſulit Eugenium III. papam de quibuſdam circa ritus dubiis, & ſe cum ſuo regno Romanæ eccleſiæ ſubjicit, & conjungit, *Bar. t. xviii.* 1145. XXIII. XXIV.

Catholicus Armenorum; Benedicti XII. ad eum literæ de extirpandis erroribus, *Ray. t. vi.* 1341. XLVI. tranſmiſſus ad ipſum libellus continens Armeniorum errores, XLVIII. cujuſdam catholici errores, & falſus, LXIX. &c. Catholici eligendi ritus inductus a Sapore idololatra, *ib.* confirmationem ab rege petit, *ib.* vectigal eidem pendit, *ib.* ab eodem exauctoratur, *ib.* idem creat, vel deponit epiſcopos pro pecunia, *ib. Vide*, Armenii.

Catholicus Armeniæ, *Vide*, Armenia.

Catholicus Thuamenſis epiſc. Hiberniæ pergit Romam ad concilium generale, *Bar. t. xix.* 1178. XII.

Catilius Severus vir doctiſſimus, *Bar. t. ii.* 135. I.

Catipha oppidum: in eo nobile patitur a Turcis martyrium Joannes Colonienſis, *Ray. t. xiv.* 1549 XLIV. recipitur a Luſitanis, caputque martyris cum pſalmodia, & cantu reconditur, *ib.*

Cato minor pallio uſus, *Bar. t. i.* 16. VII.

Catomus quid ſignificet, *Pag. t. viii.* 455. VII.

Catonis presbyterum ſtudebant aliqui Arvernenſes, ut fieret epiſcopus, *Bar. t. x.* 573. XXX.

Catti adverſus Domitianum Auguſtum rebellant, *Pag. t. i.* 84. II. de illis Domitianus triumphat, 85. II. iidem & Friſii a s. Bonifacio ad catholicam fidem converſi, *Bar. t. xii.* 722. VI. eorum ſuperſtitio, 724. II. & *ſeq.*

Catulus præfectus ter mille ex Judæis in Cyrene trucidat, *Bar. t. i.* 73. IX.

Catulus conſularis perſequitur chriſtianos, *Bar. t. ii.* 254. XXVI.

Catus cum ſociis martyr in Africa ſub Diocletiano, *Bar. t. iii.* 302. CXXVII.

Caucobaboitæ hæretici, *Bar. t. ix.* 535. LXXXIV.

Cauda equina bellicum inſigne apud Bulgaros, *Bar. t. xv.* 866. VII.

Cauda inſula ubi poſita, *Bar. t. i.* 58. CLXX.

Caupo quidam Stephano monacho caput titione comminuit, *Bar. t. xiii.* 767. XVIII.

Cauſa Acacii congregatur concilium Rom. *Bar. t. viii.* 483. XVII.

Cauſa Antonii epiſc. Faſſalenſis, *Bar. t. vii.* 419. LXXIX.

— Antonini epiſc. Epheſini cognita primum Conſtantinopoli, *Bar. t. vi.* 400. LXXIII. & *ſeq.*

— Bulgaricæ diœceſis de contentione a Græcis demandatur arte ſubdola uni interpreti, *Bar. t. xv.* 869. LXXV.

— Dei magis curanda quam hominis, *Bar. t. xiv.* 847. XXVIII. cauſa ob quam ipſe tot miracula perpetraverit in Galliis per barbam s. Petri eo allatam, *Bar. t. xv.* 922. III.

— Ebbonis juſta eſſe demonſtratur, *Bar. t. xv.* 866. LXIII. tota repetitur, 867. XIII.

— Eugenium III. inter & cardinales diſſentionum in conc. Rhemenſi, *Bar. t. xix.* 1148. XVI.

— Eutychetis cauſa indicitur ſynodus Epheſi, *Bar. t. viii.* 449. XVIII.

— Hadrianum p. inter, & Fridericum imp. diſſentionum, *Bar. t. xix.* 1157. I. II. &

— Henricum II. Angliæ regem inter, & s. Thomam Cantuarienſem diſſentionum, 1163. XIX. XX.

— Ludovici imp. proditionis duplex, *Bar. t. xv.* 872 III.

— Northmannorum vaſtationis in Galliis quænam, *Bar. t. xiv.* 845. XVIII.

— Photii ejectionis ficta a Zonara adducta, *Bar. t. xv* 867. CI.

— Pontium abbatem Cluniacenſem inter, & monachos diſſentionum, *Bar. t. xviii.* 1122. X. XI.

— Richardi regis Anglorum captivitatis in Auſtria, *Bar. t. xix.* 1191. XLI.

— Romum cleri cur s. Simeonem Armenum hæreſeos accuſarit, *Bar. t. xvi.* 1016. VI.

— Rudolphum intruſum Antiochenum patriarcham inter, & canonicos diſſentionum ventilatur, & deciditur in conc. Antiocheno, *Bar. t. xviii* 1136 XXXI.

— Ruffinum inter & Hieronymum in æquilibrio appenſa quam deterior Ruffinus appareat, *Bar. t. vi.* 400. XXVIII.

— Silvani epiſcop. Calagurritani tractatur apud ſummum pontificem, *Bar. t. viii.* 465. XXIII.

— Turbarum in eccleſia Rom. poſt obitum Silveſtri II. quinam fuerint, *Bar. t. xvi.* 1003. X.

— Vitalis epiſc. tractatur in conc. Rom. *Bar. t. viii.* 480 X. & *ſeq.*

Cauſæ clericorum non ad judices ſæculares, ſed ad

Digitized by Google

ad epiſcopos, & conc. provinciale referantur, *Bar. t. x.* 588. XVII.
— Eccleſiaſticæ magna maturitate tractandæ, *Bar. t. vııı.* 417. XXVIII. eædem majoris momenti ſolitæ deferri ad Rom. pontificem, 416. X. eccleſiaſticæ cauſæ cognoſcendæ a præſulibus, *Ray. t. x.* 1462. XXVII. et de re Mathiæ Hungariæ regis edictum, *ib.* lites exortæ de cognitione cauſæ Joannis Balvæ cardinalis pro illius detecta proditione, 1469. XXI.
— Epiſcoporum referendæ ad papam, *Bar. t. vııı.* 465. XXIV. non trahantur ad ſæculare forum, *Bar. t. x.* 582. XI. ad Rom. pontificem pertinent, *Bar. t. xv.* 865. XVII. *& ſeq.*
— s. Bartholomæi corpus cur non ſit reconditum in celeberrima aliqua Romæ eccleſia, *Bar. t. xvı.* 1000. IX.
— Græcorum imperatorum odii in Rom. & totam Latinam eccleſiam, *Bar. t. xv.* 876. XLIII.
— Gregorii VII. commoventes ipſum proficiſcendi in Orientem, & quænam, *Bar. t. xvıı.* 1074. LIII. *& ſeq.*
— Joannis p. aſſignatæ plures, quibus ipſe Photium in communionem receperit, *Bar. t. xv.* 879. IV.
— Nicæni ſymboli cur in ipſo dictio *Filioque* ſit interpoſita, *Bar. t. xv.* 883. XXXIV.
— Nicephori imp. odii contra Ottonem imp. & Joannem XIII. papam, *Bar. t. xvı.* 968. VII.
— Photii legationis ad Nicolaum p. miſſæ quænam, & quam ſubdolæ, *Bar. t. xıv.* 859. LV.
— Romanæ eccleſiæ, ob quas ipſa ſub Joanne p. tot miſerias paſſa ſit, *Bar. t. xv.* 876. XVI. 882. III.
Cauſam ob levem non ferenda excommunicatio, *Bar. t. vııı.* 445. XIV.
Cauſam orandi certum tempus ad dicendum præfixum reo, & accuſatori, *Bar. t. ıı.* 238. IV.
Cauſam, & auctorem viriliom putrefactorum Methodius amicis aperit, *Bar. t. xıv.* 843. IV.
Cauſaria miſſio quæ, *Bar. t. ııı.* 290. IV.
Cauſidicus Florentinus hæreſim inceſtuoſorum defendens agitatur a Petro Damiani, *Bar. t. xvıı.* 1065. XIII.
Caute procedendum ſemper cum hæreticis, *Bar. t. ıx.* 515. XXXVIII.
Cautino archidiacono ſtudebant multi Alvernenſes, ut fieret epiſc. *Bar. t. x.* 573. XXX. factus eſt epiſc. Arvernenſis, 565. XXX.
Cautes Cephæ nomine ſignificatur, *Bar. t. ı.* 31. XXVI.
Cava Metalliana in Piceno, *Bar. t. xvıı.* 1092. XV.
Cavæ civitas Columnenſium invaditur a Paſchali II. *Bar. t. xvııı.* 1100. XVIII.
Cavalli Alpharaces Hiſpanici bello idonei, *Bar. t. xv.* 882. VI.
Cavenſe monaſterium ubi ſitum, & onde dictum, *Bar. t. xvıı.* 1050. XV. ejuſdem abbatum ſanctitas, *ib.* donatur privilegio ab Urbano II. 1092. XVI. *& ſeq.* donationem accipit a Rogerio Northmannorum duce, & diplomate munitur, 1093. XXII. *& ſeq.*
Cavernenſe concilium, *Vide*, Conc. Cavernenſe.
Caydanus Tartarorum dux Setigonium expugnat, *Ray. t. ıı.* 1242. VII.
Caydo princeps Tartarus in Cobilam imp. rebellat, *Ray. t. ıv.* 1286. XXXV. ſocio Nujam oppreſſo pacem cum eo percutit. *ib.*
Caydonus princeps Tartarorum ad fidem chriſtianam amplectendam ſollicitatus, *Ray. t. ıv.* 1289. LXIII. datæ ad eum eo argumento literæ, *ib.*
Caypha Judææ civitas capitur a Saladino Babyloniæ rege, *Bar. t. xıx.* 1187. V.
Cayton Tartarorum inſignis civitas; in ea cathedralis ſedes inſtituta, *Ray. t. v.* 1326. XXXI.
Cazianer exercitus Hungarici dux ignavia, & proditione ſua præclaram Turcis victoriam de Hungaris concedit, *Ray. t. xııı.* 1537. LXV. a Sdrinio, quem ad proditionem urgebat, obtruncatur, *ib.*
Cazimirus, *Vide*, Caſimirus.
s. Ceadda ordinatur epiſc. Eboracenſis a Wina Vintonienſi epiſcopo, *Pag. t. xı.* 666. VI. *& ſeq.* eadem ordinatio confirmata a Theodoro apoſtolicæ ſedis legato, *Bar. t. xı.* 669. X. a Theodoro Cantuarienſi epiſcopo ab ea ſede removetur, *Pag. t. xı.* 669. VIII. mortuo Juramano fit epiſcopus Lichfeldiæ, *ib.* moritur, 672. V. & *Bar. ib.* VIII.
Ceadualla reges plures, *Bar. t. xıı.* 689. V.
Ceadualla rex idem quod Carduella, *Bar. t. xı.* 633. LXVI.
Ceadualla Britanniæ rex, *Bar. t. xıı.* 726. XLIII. catholicæ fidei obſervantiſſimus, *ib.* Romam venit, *ib.* cum Huv ad limina apoſtolorum in Domino quievit, 740. XIV.
Ceadualla rex appellatus Petrus in baptiſmo, *Bar. t. xıı.* 689. III.
Ceadvalla, ſeu Cedwalla Britonum rex Eduinum regem Nordanymbrorum occidit, *Pag. t. xı.* 633. XXII. occidit etiam Oſricum, & Eanfridum ejus ſucceſſores, XXIV.
Ceadwalla ſeu Cedwalla fit Occidentalium Saxonum rex, *Pag. t. xıı.* 685. XII. Wectam inſulam s. Wilfridi opera chriſtianam reddit, 686. XIII. s. Wilfridum valde diligit, XIV. Romam pergit, & regnum abdicat, 689. II. Romæ baptizatur, & moritur, IV. ejus epitaphium Sergii papæ juſſu ſcriptum, V. Saxonum non Britannorum rex fuit, VI. duo Cedwallæ diſtinguendi, *ib.*
Ceadvallæ duo neceſſe eſt admittantur, *in not. Bar. t. xıı.* 106.
Cecropiæ a Gothis exciſi, *Bar. t. ıv.* 395. XVI.
Cecropius dux conſpirat in Gallienum, *Bar. t. ııı.* 269. II.
Cecropius epiſcopus Nicomediæ ob impietatem carus Conſtantio, *Bar. t. ıv.* 355. LX. ejus interitus, 358. IV.
Cecrops Julianus dictus, *Bar. t. v.* 362. LXXXIII.
Ceda literarum s. Bonifacii ad Athelbaldum regem lator, *Bar. t. xıı.* 745. XIV.
Cedda presbyter, poſtea epiſcopus, prædicator evangelii in Anglia, *Bar. t. xı.* 653. VIII. 655. VII.
s. Ceddas Londinenſis epiſcopus peſte ſublatus, *Pag. t. xı.* 664. IX.
Cedrenus erroris arguitur de Philippo imp. *Bar. t. ıı.* 246. VII. de Metrodoro philoſopho, *Bar. t. ıv.* 336. LXIX. Gregorium II. etiam nomine Dialogi appellat, *Bar. t. xıı.* pag. 353. citatus hiſtoricus, *Bar. t. xıv.* 845. VIII. correctus de annis imperii Michaelis Balbi imperatoris, 829. IX. græcus auctor ſæpius citatus, *Bar. t. xıv.* 1029. X. hiſtoriam ſuam abſolvit, *Pag. t. xvıı.* 1057. V.
Cedwalla Britonum rex, *Vide*, Ceadwalla.
Cegenes Pazzinacarum dux Conſtantinopolim fugiens ob perſecutionem cum ſuis chriſtianus efficitur, *Bar. t. xvıı.* 1049. XXXII.
Ceilanum inſula: plures in ea ad fidem catholicam converſi pro fide necantur, *Ray. t. xıv.* 1545. LXV.
L. Cejonius Commodus annum aperit, *Pag. t. ıı.* 136. I. ab Hadriano Cæſar dicitur, II. IV. Ælius Verus ab eodem cognominatus, IV. & 137. VII. adoptatus, 136. IV. quo die, &

anno

Digitized by Google

anno facta ſit hæc adoptio, declaratur, V. *& ſeq.* prætura ornatus Pannoniis dux imponitur, conſulque deſignatur, IV. & VI. conſul ſecundum procedit, 137. I, moritur, II. ejus mortir annum inſcriptiones, & nummi confirmant, III. in illis tamen numquam Verus appellatus, VIII. ante Cæſariam dignitatem Verus, atque Commodus appellatus fuit, IX.
Celadion epiſcopus Alexandrinus creatur, *Bar. t. II.* 151. I. ejus obitus, 165. XV. & *Pag. t. II.* 163. VI, ab Euſebio varie conſignatus, *ib.*
Celanum a Friderico II. exciſum, *Ray. t. I.* 1223. XIV. Cæſarea appellatur, 1224. XIV. Celani comes cum Friderico pacem init, *ib.* Antonio Piccolomineo Pii II. nepoti datum, *Ray. t. X.* 1463. LXXIX.
Celebratio natalitiorum ſanctorum martyrum, *Bar. t. II.* 169. XVI. *Vide*, Martyrum cultus.
Celebratio novorum feſtorum indicenda pertinet ad ſolam eccleſiam Romanam, *Bar. t. XVIII.* 1136. XIV.
Celebritas natalis Hilarii, *Bar. t. VIII.* 465. XVII.
Celebritas maxima tranſlationis Nicephori patriarchæ, *Bar. t. XIV.* 845. IV.
Celebritas Græcorum, ſive Romanorum in honorem Nicephori imp. deſcribitur, *Bar. t. XVI.* 968. XX.
Celebritas anniverſaria defunctorum fidelium a s. Odilone Cluniacenſi abbate inſtituta, *Bar. t. XVII.* 1048. VI.
Celebritas Venetiis facta in abſolutione Friderici imperatoris, *Bar. t. XIX.* 1177. XXII. XXIII. item Rhemis in coronatione Philippi regis Francorum, Ludovici VII. filii, 1169. XV. *Vide*, Pompa.
P. Celer apud Neronem accuſatus, *Bar. t. I.* 57. CLXXXIV. is, & P. Ælius Silano necem intulerunt, *ib.*
ad Celerem aulicum Juſtini ſcribit Hormiſda p. *Bar. t. IX.* 519. XXVIII.
Celerianus ſatelles Vitaliani interemptus eſt, *Bar. t. IX.* 520 I.
Celerina Celerini avia martyr in Africa, *Bar. t. II.* 253. XCI.
Celerinus confeſſor pro Chriſto in carcerem miſſus, *Pag. t. II.* 250. VIII. Cyprianum poſtea adit, a quo Lector ordinari recuſans, Dei monitu obedire compellitur, XIV. multa paſſus ordinatur a Cypriano, *Bar. t. II.* 253. XC.
Celerinus alius confeſſor ſeductus a Novatiano, *Bar. t. II.* 254. LXVII. reſtituitur ad eccleſiam catholicam, CI.
Celerinus confeſſor ſollicitus pro ſorore lapſa, *Bar. t. II.* 253. LXIX.
Celedenſis pro Cenetenſi perperam poſitum, *Bar. t. VII.* 417. XVI.
Celenenſe concilium quando celebratum, *Bar. t. VII.* 447. XVII.
Celidonius metropolitanus Veſontionenſis quo anno a s. Hilario depoſitus, *Pag. t. VII.* 445. VIII. *& ſeq.*
Cella s. Apollinaris abbatis, *Bar. t. XIV.* 846. III.
Cella s. Judoci a Carolo Magno Alcuino data, a Ludovico Pio abbatiæ Ferrarienſi conceſſa, a laico invaſa, *Bar. t. XIV.* 846. X. a quo liberata ab alio occupatur, *ib.*
Cella s. Arnulphi Sueſſionenſis epiſcopi contremiſcit dum moritur; & quare, *Bar. t. XVII.* 1087. XXIV. *& ſeq.*
Cellæ nonaginta in templo Salomonis, *in app. Bar.* L.
Cellæ frumentariæ Jeroſolymis incendio abſumptæ. *Bar. t. I.* 71. X.
Cellæ s. Georgii, ac Stephani a Saracenis combuſtæ, *Bar. t. XIV.* 846. V.
Cellulæ ſeptuaginta duorum interpretum, *Bar. t. II.* 231. XXII.
Celſi, iidemque Gentiles, plures, *Bar. t. II.* 132. XVI.
Celſi objectio de multitudine hæreſum in eccleſia confutatur ab Origene, *Bar. t. II.* 146. XXVI. ejuſdem calumnia de terræmotibus, quod evenirent culpa chriſtianorum, 243. II.
Celſus Epicureus hæreticus, *Bar. t. I.* 34. CXVI. quis, qualiſve, *Bar. t. II.* 132. XVI. procaciter inſultat in chriſtianam religionem, *ib.* ejus criminationes, objectiones, & calumniæ nullius momenti habitæ a fidelibus, XVIII. exprobrat imperitiam chriſtianorum, ſed refellitur ab Origene, 130. IX. & ab eodem confutatur egregie, 132. XVIII. in Judæos quoque oblatrat, XVII.
Celſus chriſtianus homo licet laicus docet in eccleſia, *Bar. t. II.* 230 III.
Celſus juriſconſultus ſub Alexandro, *Bar. t. II.* 225. I.
Celſus imperator creatur, *Bar. t. III.* 264. VIII.
Celſus martyr cum Marcionilla, *Bar t. III.* 309. XXXV.
Celſus vicarius in Africa ſub Conſtantino, *Bar. t. III.* 314. LXIX.
Celſus præfectus occurrit Juliano, *Bar. t. V.* 362. LIII.
Celſus epiſcopus Carthaginenſis, *Bar. t. XI.* 636. XII.
s. Celſus primus Mediolanenſium apoſtolus, & martyr, *Bar. t. XVII.* 1059. XLVIII.
Celſitudo animi utilis conſiderando dignitatem, in qua aliquis eſt conſtitutus, *Bar. t. VII.* 440. II.
Celtæ populi jam chriſtiani antiquitus, *Bar. t. II.* 140. VII.
Celtichius, raptor viduæ eam divina virtute ſervat illæſam, *Bar. t. VI.* 410. LVII.
Celolphus Balredi miniſter regnum accipit, *Bar. t. XIII.* 806. IV.
Cenchreæ portus, & navale Corinthiorum, *Bar. t. I.* 53. XXXV.
Cencius camerarius, *Bar. t. XIV.* 940. V. idem compilator cenſuum Romanæ eccleſiæ quo anno ſcripſerit, *Bar. t. XIX.* 1192. XIX. idem auctor eſt libri ſupradictorum cenſuum, *Pag. t. XIX.* 1192. XII. ſæpius citatur in Tomo XVII. Baronii.
Cencius, ſeu Centius Camerarius cardinalis auctor libri cenſuum creatur pontifex ſub Honorii nomine, *vide*, Honorius III.
Cencius Frangipanis nobilis Romanus Henrici IV. Romanorum imperatoris fautor diriſſime ſævit in Gelaſium II. p. *Bar. t. XVIII.* 1118. VI. eumdem timore tumultuantis populi e carcere liberat, & dimittit, VII. rurſus eumdem armata manu invadit, XIII. cum ſuis e prælio ceſſat, audita pontificis fuga, XIV. Anacleti antipapæ partes ſequitur, 1130. XX. pro eodem ſcribit cum cætera nobilitate Romanorum ad Lotharium Romanorum regem, XXIV.
Cencius cardinalis epiſcopus Sabinenſis præſens eſt electioni Gelaſii II. papæ, *Bar. t. XVIII.* 1118. IV.
Cencius de s. Griſogono ſchiſmaticus cardinalis cum ſociis promovet in antipapam contra Gelaſium II. Burdinum archiepiſcopum Bracharenſem, *Bar. t. XVIII.* 1118. X.
Cencius titulo ss. Joannis, & Pauli cardinalis, poſtea Honorius III. p. extruit eccleſiam Caſemarii, *Bar. t. XVI.* 1030. XXII. *reliqua quære in Honorio III.*
Ceneda a Tarviſinis flammis deleta, *Ray. t. I.* 1199. XIX.
Cenedæ dat pœnas patratorum ſcelerum Leuthareт, *Bar. t. X.* 555. XIV.
Cenetenſis pro Celedenſi reſtituendum apud s. Hieronymum, *Bar. t. VII.* 444. XLV.
Cenetenſis comitatus vectigalis Romanæ eccleſiæ a Ber-

Digitized by Google

a Bertrando patriarcha Aquilejenſi recuperari juſſus, *Ray. t. vi.* 1338. XXIX.

Cenomanenſes Henricum quemdam hæreticum ſuſcipiunt, ejuſque erroribus adhærent, *Pag. t. xviii.* 1116. XIX. *& ſeq.* Cenomanenſis civitas tota incendio conflagrat, 1134. XL.

Cenones Montanistarum qui, *Bar. t. ii.* 173. XXXII.

Cenſebant Romani populum quolibet luſtro, *in app. Bar.* LXXXVIII. cenſendi populi tempus, LXXXVII. cenſeri qui ſolerent, & quo ſo die ceſantes, XCII.

Cenſor thorum architriclinus, *Bar. t. i.* 31. XXIX.

Cenſores fidei: collata ipſis a concilio Viennenſi plurima authoritas, *Ray. t. iv.* 1312. XXI. inſtituti in Gallus, *Ray. t. vi.* 1351. XXXVII. trucidati in Sabaudia, *Ray. t. vii.* 1375. XXVI. eorum ſententiæ a judicibus ſæcularibus ad exitum perduci juſſæ, non inſpectis etiam litis inſtrumentis, *Ray. t. xi.* 1486. LXXIX. in Luſitania omnis ſeveritatis arguuntur, *Ray. t. xiv.* 1545. LVIII. *vide*, Inquiſitores.

Cenſorinus ſcriptor egregius, *Bar. t. i.* 88. II. ejuſdem liber maxime utilis ad chronologiam chriſtianam ſtabiliendam, & confirmandam quo anno ſcriptus, *Pag. t. iii.* 238. II.

Cenſura Valdetano collata cum ampliſſima poteſtate, *Bar. t. ii.* 253 CXL.

Cenſuræ diverſæ in eccleſia, *vide*, Pœnitentia, Excommunicatio, Eccleſiaſtica diſciplina.

Cenſuræ eccleſiaſticæ degradationis, & ſuſpenſionis, *Bar. t. i.* 57. XXII. cenſuræ pontificis ſubditi reges, *Bar. t. xiii.* 800. XVI. Granaloenſium terræ ob cenſuras ſterilitate damnatæ, *Ray. t. i.* 1213. XCIV. divina ultio in cenſuratum contemptorem, *Ray. t. ii.* 1243. XLII. ſine juſta cauſa cenſuræ ſæpe vibratæ, *Ray. t. iv.* 1311. LVIII. gravia inde exorta mala, *ib.* Henricus imperator, dum eas ſpernit, divinitus oppreſſus, *Ray. t. v.* 1313. XXIV. Franciſcus Dandulus orator Venetus pro impetranda eorum expiatione, injecta collo catena, ad Clementis V. pedes magna cum chriſtianæ demiſſionis laude ſe abjicit, XXXIII. decretum concilii Toletani contra clericos cenſuras ſpernentes, 1327. XL. ſpretæ ab Armenis hæreticis, *Ray. t. vi.* 1341. LXIII. contra cenſurarum eccleſiaſticarum contemptores decretum, 1346. LXXIX. judicio hæreſeos poſtulari juſſi, *ib.* eas ceſſante cauſa ceſſare, etſi nulla abſolutio præceſſiſſet, olim creditum, *in not. Ray. t. vi.* 242. earum vis oſtenſa inſigni miraculo, *Ray. t. ix.* 1453. XVIII. quo ritu iis ſoluti Veneti, *Ray. t. xi.* 1510. VII. *& ſeq.* decretum eas non contrahi, niſi rite fuerint denontiatæ, *Ray. t. xii.* 1516. XXI.

Cenſuræ in Joannem Hungariæ regem diſtrictæ, *Ray. t. xiii.* 1537. V. *& ſeq.* item contra interfectores cardinalis Bettonis ſancti Andreæ archiepiſcopi feruntur, *Ray. t. xiv.* 1546. CXLVII. in fidei catholicæ in regno Scotiæ conſulatur, earum remiſſio expoſcitur, CXLVIII. abſolvuntur ab iiſdem Carolus V. ejuſque miniſtri, ſi quo modo eas incurrerint ob exactum a Siciliæ clero ſubſidium, 1550. XXVIII.

Cenſurinus epiſcopus Autiſſiodori, ad quem ſcripſit vitam s. Germani Conſtantius, *Bar. t. vii.* 439. IX.

Cenſu Cæſaris deſcriptus Jeſus Chriſtus accepto nomine, *Bar. t. i.* 1. XXVIII.

Cenſus tabulæ conſulum nomina notabant, *in app. Bar.* XCII. Romanis archivis aſſervantur, XCVI.

Cenſus ſub Saturnino, *in app. Bar.* LXXXIX. diverſi ab Auguſto imperati, XCIII. plures ab eodem exacti, XCIV. primi ejuſdem cur nullus hiſtoricus meminerit, XCV. ab eodem impoſiti ratio multiplex, XCIII. cenſus ſtatus ab Auguſto, XCIV. cenſus cauſa viri viginti delecti, & in provincias miſſi ab Auguſto, *ib.* cenſus ſub Quirino bis actus, LXXXVII. ſub eodem cur Ethnici non meminerint, XCVI. cenſus Tertulliani temporibus, XCIII. tributus Galliis imperatus, XCIV. cenſus luſtralis quolibet quinquennio, XCIII. ejuſdem exactio quouſque perſeveraverit, *ib.* non fiebat ſingulis luſtris in regnis populi Romani amicis, *in app. Pag.* CXXVIII. cenſus deſcriptionis forma ſæpe mutata, *in app. Bar.* XCVI. cenſum ſolvebant omnes cujuſcunque ætatis, & ſexus, XCII. idem deferre, & tributum ſolvere diverſa, *in app. Pag.* CXXVIII. occaſione cenſus exorta ſecta Galilæorum, *Bar. t. i.* 1. LVII. cenſus ſub Claudio quo anno inchoatus, *Pag. t. i.* 48. IV. item quo anno ſub Veſpaſiano, 74. II. cenſus principum eſſent relevandi, *Bar. t. vii.* 444. XLV.

Cenſus eccleſiarum quis permiſſus, *Bar. t. xii.* 751. XIII. idem annualiter perſolvi conſuevit a Polonis Romanæ eccleſiæ, *Bar. t. xvi.* 1013. III. 1041. XI. annualiter etiam perſolvi conſuevit a Northmannis pro ducatu Apuliæ, Calabriæ, Siciliæ, *Bar. t. xvii.* 1059. LXX. Romanæ eccleſiæ perſolvi ſolitus pro feudo regni Aragoniæ ad quantam ſummam aſcenderit, *Bar. t. xviii.* 1097 CVII. ſolitus perſolvi ex regno Siciliæ, *Bar. t. xix.* 1156. VI. alius annuus ex regno Portugalliæ decernitur Romanæ eccleſiæ ab Alphonſo primo rege, 1179. XX. *vide*, Denarius s. Petri.

Centius urbis ſenator, *Ray. t. ii.* 1237. XII.

Centumcellæ civitas a Saracenis deſtructa, *Bar. t. xiv.* 854. III. a Leone III alio loco per viſum ipſi monſtrato conſtructa, *ib.* ejus nomine Leopolis appellata, *ib.* dedicatur, IV. ejuſdem muri a fundamentis conſtructi a Gregorio III. *Bar. t. xii.* 741. XII.

Centumcellis exulat Cornelius papa, *Bar. t. iii.* 255. XLVIII.

Centumvirum collegium apud Romanos, *Bar. t. i.* 33. XXXIX.

Centuriatores, & eorum ſimiles ſugillantur ab Auctore, *Bar. t. v.* 363. CXI. *& Bar. t. xiii.* 800. XIX. eorum calumnia de Hilario epiſcopo, *Bar. t. v.* 362. CXLIII. eorum deliramenta, *Bar. t. viii.* 419. XLII. iidem acta Rhemenſis ſynodi contra Arnulphum coactæ in odium Romani pontificis e tenebris eruerunt, & prælo mandarunt, *Bar. t. xvi.* 991. VIII. ab Auctore perſtringuntur, 992. XLIX. veram originem electorum imperii Rom. adſtruunt, 996. XXXVIII. inſignis erroris in conſignanda Petri regis Aragonum coronatione arguuntur, *Ray. t. i.* 1204. LXXIV. afferentes confeſſionem ab Innocentio III. inſtitutam refelluntur, 1215. XI. arguuntur impietatis, 1226. LI. ss. Franciſco, & Claræ impudicitiam ſceleſtate objiciunt, *Ray. t. ii.* 1254. LXXIII. convincuntur impoſturæ, dum a Antonium extremam unctionem reſpuiſſe ementiuntur, 1231. XXXIII. convincuntur aperti mendacii, dum Gregorio IX. plures calumnias ob Judæos ab iniquorum injuriis vindicatos aſpergunt, 1235. XXI imperitiæ arguuntur, dum multa Lugdunenſi ſynodo celebratæ ſub Innocentio IV. tribuunt, quæ ſub Gregorio X. contigere, 1245. XL. viros ſanctos carpere non perhorreſcunt, 1253. XII. jactæ ab iis adverſus Innocentium IV. calumniæ diluuntur, 1254. LXXIV. ipſorum imperitia in conſignanda illius morte, *ib.*

Centuriatores Magdeburgenſes; inſignis eorum impietas confutatur, *Ray. t. ii.* 1255. XXIV. calumniæ in prædicatores, & minoritas detorſæ, 1256. XXI. & convicti erroris, & impietatis, *Ray. t. iv.* 1297. LXVIII. *& ſeq.*

Centurio a Domino commendatus cujus legionis, *Bar. t. i.* 32. XV. Cen-

Digitized by Google

Centurio Cornelius ab angelo traditur Petro imbuendus, *Bar. t. i.* 34. CCXIV.

Centurio Longinus nomine martyr, *Bar. t. i.* 34. CXXVII.

Centurio Vitellius Proculus, *Bar. t. i.* 43. IX.

Centuriones, & milites pro foribus accubant clericorum, *Bar. t. v.* 367. XIII.

Centurionis manu percutitur Cyprianus, *Bar. t. iii.* 261. XXXV. centurionis inſigne vitis, 298 III. ejuſdem jus in milites, *ib.*

Cenulphus Merciorum epiſcopus conſecratur, *Bar. t. xv.* 894. XII.

Ceolfridus abbas quomodo vixerit, *Bar. t. xii.* 717. V. in itinere Romano defunctus, *ib.* pandecten a s. Hieronymo tranſlatam s. Petro donavit, *ib.* ejuſdem epiſtola de obſervatione catholici paſchatis, 699. V. idem magiſter Bedæ, 701. I. & 731. XIV. idem fit abbas Wiremuthenſis, *Pag. t. xii.* 682. XII. moritur, 717. II.

